A Pro quo sciēdū q̄ vt ait Berñ. Plerīq; sunt in quibus fides est solū fidei nō cōtradicere q̄ ɔsuetudine viuendi magis q̄ virtute credēdi fideles denominant̄: in talibus em̄ crudelitas est ligata quasi somnolenta: turpida ꝛ vndiq; ipedita: ꝛ ideo talis fides nec lumē pōt ꝑstare nec vitam influere: nec sufficiēs est motū virtū efficere: ꝛ illa dicit̄ mortua quasi nō habeat animā .i. ipsam charitatē per quā moueat̄ ad bonā opationē. Ecōtra xo plerīq; sunt in q̄bus ipa fides illūiat intellectū: inflāmat affectū: ꝛ impellit ad bonā opationē: ꝛ tal̄ fides viua dicit̄. Qd̄ si querit̄ q̄bus ergo fides mortua reuiuiscit: vl̄ fides informis fit formata Ad h̄ rñdet sanct⁹. Tho. secunda secunde. q. iiij. q̄ charitas dicitur forma fidei qua fides viuificat̄ inq̄tū per charitatē actus fidei ꝑficit̄ ꝛ formatur ꝛ ꝑ ɔseq̄ñs viuificatur: qd̄ sic patet. Nā act⁹ volūtarij speciē recipiūt a fine qui est volūtatis obiectū: id autē a quo aliq̄d speciem sortitur se habet ad modū forme in reb⁹ naturalibus: ꝛ ideo cuiuslibet act⁹ forma est q̄mmodo finis ad quē ordiat̄ vt ad obiectū: tū q: ex ipso recipit spēm: tū etiaʒ q: motus actionis oportet q̄ fini ꝓportionatim rñdeat: Manifestū ergo est q̄ act⁹ fidei ordinat̄ ad obiectū volūtatis qd̄ est bonū sicut ad finē: hoc aūt bonū qd̄ est finis fidei scʒ bonū diuinū est ꝓpriū obiectū charitatis: ꝛ sic charitas dicit̄ esse forma fidei inq̄tū informat actū ipsius. per hoc tñ q̄ fides informis sit formata vl̄ ecōuerso nō mutat̄ ipa fides: sed mutat̄ subiectū fidei qd̄ ē anima q̄ quādoq; fidē habet sine charitate quandoq; cū charitate: nec sunt ibidem diuersi habit⁹ cuius ratio est: q: cū fides sit ꝑfectio intellectus illud ꝑ se ꝑtinet ad fidē qd̄ ꝑtinet ad intellectū: qd̄ aūt ꝑtinet ad volūtatē nō ꝑ se ꝑtinet a fidei itaq; ꝑ h̄ diuersificari possit habitus. Distinctio aūt fidei formate ꝛ informis est ſm illd̄ qd̄ ꝑtinet ad voluntatē: id est ſm charitatē et sic manet idē habitus fidei. Est aūt fides viua q̄dā viuificus radius in humanū intellectū gratis de fonte vite descēdens. iuxta illd̄ ps. Signatū est sup nos lumē vultus tui dñe. Glo. lumē vult⁹ est gratia iustificatiōis q̄ imago creata id est ratio insignitur. hoc lumē est totū ꝛ veʒ hominis bonū quo signat̄: vt denarius imagine reḡ: nec fides charitate formari pōt nisi mediante diuina gratia. Et iteʒ dicit̄ ps. lxxv. Illuminās tu scʒ christe non alius: mirabiliter a mōtibus eternis. id est summa trinitate: vt verificet illud ps. In lumīe tuo tuo videbimus lumen. Hic igitur radi⁹ viuificus descendēs in ipm intellectū humanū triplici fungit̄ officio: scʒ ad intellectū illuminandū: viuificandū ꝛ roborandū: vt sciat velit ꝛ possit opari grata deo. B

Primo nanq; illius officiū est intellectū illuminare vt sciat credēda: amplectēda ꝛ fugiēda. Unde triplices tenebras potissimū de anima pellit. Primo oēs tenebras ignorātie ſm q̄ vnicuiq; necessariuʒ est ad salutē. Que aūt scire necessaria sunt ad salutē ōndit sanctus Tho. secūda secūde. q. xxvj. dicēs q̄ omnes cōmuniter obligant̄ ea scire que fidei sunt ꝛ vniuersalia iuris ꝑcepta: singuli aūt ea q̄ ad statū vel

officiū eoꝝ pertinēt: nam q̄cunq̄ negligit
scire vel facere ad que obligatus est omis/
sionis peccato delinquit. Nimirū cū negli
gentia: ignorantia ⁊ impitia annumerent̄
culpe: vt patet extra de iniu. ⁊ dam. da. c. si
culpa. ⁊ ꝑcipue in glo. Secūdo ꝓpellit tene
bras ꝑfidie ⁊ cuiuscūq̄ credulitatis ꝑicu/
lose: nō timore ꝑūctiōis sed lumine verita
tis: Unde Aug. fidē viuā diffiniēs q̄tum
ad obiectū ⁊ primū motiuū sic ait: Fides ē
illuminatio mentis ad summā veritatē scꝫ
cognoscendā ⁊ diligendā ⁊ in ea omnē ꝑfi
diā abhorrēdā: hinc etiam omni falsitate
summe ē opposita ita q̄ talit̄ illustratꝰ om/
nes incātatiōes: supstitiōes: obseruatiōes
⁊ similia detestat̄: tali qꝫ lumīe ꝑnatus in
quoscunq̄ errores ⁊ deceptiōes faciliꝰ la/
bitur. Tertio deniq̄ ꝓpellit omēs morta/
les tenebras culpe tā a corde q̄ ab ore ⁊ ope
re: nā qui hoc viuido lumine fidei ꝑlustra
tur in corde noxias tenebras culpe nō reci
pit: nec q̄dē illecebras carnis: quia dicit̄
Act. xv. Fide purificās corda eoꝝ. nec de/
cipulas demonis: iuxta ꝯsiliū qđ dicit̄ .j.
Pe. v. Aduersariꝰ vester diabolꝰ ⁊c. cui
resistite fortes in fide. nec etiā blādities se
culi: q: dicit̄ ad heb. xj. Sancti ꝑ fidē vice
runt regna ⁊c. Secundū vero officiū il/
lius radij viuifici: est intellectū viuificare
alioquin enī illuminatio ꝑdicta nihil ad sa/
lutē cōferret intellectui nisi ꝑ eundē radiū
illi vite gratia donaret̄ qua traheret̄ ⁊ in/
citaret̄ ad eadē appetēda: querēda: sumen
da ac ꝯtraria horrēda: declinā da ⁊ fugien
da: Unde dicit̄ in glo. Joh. vj. q̄ ꝑ fidem
deo copulamur: ⁊ ꝑ itellectū viuificamur:
hinc merito dicit̄ Ecclesiastes xj. Dulce lu
men scꝫ fidei: ⁊ delectabile oculis scꝫ intel
lectus: videre solē id est cognoscere creato
rem ꝑ fidem viuam cuius radius non so/
lum illustrat sed etiaꝫ viuificat vniuersa:
adeo nanq̄ sol iste naturalis est viuifica/
tiuus in sua illustratione q̄ ex suo splendore
cuncta terrenascētia reuiuiscūt in vere: q̄ ꝑ
solis elōgationē quasi mortua videbātur:
⁊ qđ mirabilius est vt dicūt naturales in
ipsa solis eclipsatione ſm q̄ maius vel mi
nus eclipsari cōtingit in terra semꝑ rema/
net maior vel minor dispositio mala: ⁊ ad/
dunt q̄ si per diē vnū sol nō oriret̄ sup ter/
ram omnia mundi viuētia morerent: sic ē
etiā spiritualit̄ cum sole iusticie ⁊ radio fi/
dei: qm̄ absente fidei sua viuifica forma se
paratur ab anima ipsa vita gratie: quia di

citur ad Ro. j. Iustꝰ autē ex fide viuit: scꝫ
charitate formata. Tertiū deniq̄ offici/
um illius viuifici radij est humanū intelle
ctū ⁊ spūm roborare vt credita nō solū affe
ctu velit sed etiā effectu perficiat: Unde ta
lis radiꝰ tres vires in anima subministrat
que necessarie sunt ad salutē. Primo qui/
dem facit verā fidē sentire veracit̄ in cor/
de: ita q̄ ꝓ illa defensanda se paratū inue/
niat in articulo necessitatis nō solū ad ope/
rādū ardua sed etiā ad sustinēdū grauia:
q: vt dicit̄ Ro. x. corde credit̄ ad iusticiā
id est ad hoc vt homo iustificet̄. In quibꝰ
verbis tria tangunt̄ q̄ tpe necessitatis ani/
mā saluāt. Primū est motus li. ar. cū dici/
tur corde. Secundū est actꝰ fidei qđ est cre
dere. Tertiū est effectus credendi cū adiū
gitur. ad iusticiā. id est ad iustificationem
habēdā. q. d. vere credere salutē dat: quia
dat iusticiā: Uñ quomō fides potest esse in
corde viua sine cōfessione oris ⁊ exhibitio
ne operis videbit̄ infra. Secundo facit il/
lam confiteri ore: quia vt ibidē subdit̄: ore
autē cōfessio fit ad salutē. scꝫ ꝓ loco ⁊ tem/
pore ceterisq̄ ꝯgruis circūstantijs ꝓut exi
gunt omnia precepta affirmatiua: tunc enī
sine ipsa cōfessione nō esset in anima salus
vt infra videbitur. Tertio facit illā ope cō
firmare ⁊ ꝑficere: quia dicit Aug. fides ap
pellata est ab eo qđ fit. Due sillabe sonant
cū dicit̄ fides. prima sillaba est a facio. se/
cunda a dico. Interrogo igit̄ te vtrū credas
dicis credo. fac qđ dicis ⁊ fides est. Mul/
ti enī vt dicit̄ ad Titū. j. cōfitent̄ se nos/
se deū: factis aūt negant: ⁊ ideo ait domi/
nus Matth. vij. Nō omis q̄ dicit mihi do
mine dñe: id est credit in me corde ⁊ ore in/
trabit in regnū celoꝝ: Unde ſm Berñ. in
epla quadam triplex fides distingui pōt.
Prima fides est mortua: que scꝫ nō opera
tur corde ore vł opere ex dilectiōe quasi nō
habeat animā: id est ipsā dilectionē ꝑ quā
ad opera moueat̄. Secunda fides est ficta
que scꝫ suscepta vita ⁊ charitate moueri q̄/
dem inchoat ad bene operandū: sed mini/
me ꝑseuerat moriturq̄ tā q̄ abortiua: ⁊ eo
sensu dicimus fictā quo figuli vasa vocan
tur fictilia: nō quia vtilia sunt: q: non vti/
lia sunt q̄diu durāt: sed q: fragilia facilit̄
frāgi possūt: talē fidē illi habēt q̄ vt dicit̄
Luc. viij. Ad tēpus credūt ⁊ in tpe tēpta/
tionis recedūt. Tertia fides est ꝓbata: scꝫ
in charitate ⁊ duratiōe siue sit solū in intel
lectu siue solū in opere siue in vtroq̄ qđ ce

C teris paribus melius est. Pro quo sciē/
dū q primo fides quādoq residet in solo
intellectu absq opere bono ⁊ hoc ex ratio
ne pruide discretéq illustrante: nā in pce/
ptis affirmatiuis q semp obligant sed non
ad semp: plerūq quis nō exequit opus bo
nū licet fidē viuā veraciter teneat: qd con
tingere potest tripliciter. Primo quādo nō
est necessariū .exēpli gratia. licet homo de
necessitate salutis semp paratus esse tenea
tur potius velle subire mortē q negare fi/
dem cū periculū imineret: nō tamē peccat
si a tali ope cessat: cū talis pculi casus nō
iminet: sicut si aliqs nō semp se exerceret i
elemosynis dispēsandis: infirmis visitan/
dis: ⁊ sic de alijs pceptis affirmatiuis: in q
tñ absq tali opere potest esse fides vera: qz
taliū opez habet habitū licet nō semp ha/
beat actuz: sic beata virgo fide plenissima
videns filiū corā omni populo durissimis
verberib⁹ lacerari: caputq tremendū an/
gustis durissimis spinis pforari: crucis one
re grauari ⁊ tandē crucifigi: nihil agebat
pro liberatiōe filij vel defensione eiusdem: qz
nō erat necessariū illū defensare: sed poti⁹
p nra redēptiōe necessariū erat illum pati.
iuxta illud Luc. xxiiij. Oportebat christū
pati ⁊c. Nouerat eñ p spiritū sanctū sic es/
se pdestinatū sm beneplacitū consiliū sum/
me trinitatis cū qbus intelligebat filiū su
um penitus cōcordare: quorum volūtati ⁊
ipsa vltra oēs creaturas se pfectissime con
formabat. Secūdo iust⁹ a bono ope cessat
qñ scz illud eidē nō cōuenit sm statū suū: v/
bi grā. hominē ex malignitate qs occidat
⁊ eū iusticia poscat: iuste ad mortē cōdēne/
tur: nihilomin⁹ tñ euadit ipune: ⁊ vñ exul
esse debuerat libere ciuitatē inhabitat: sic/
q penit⁹ in eo iusticia peat: null⁹ tñ hunc
absq auctē vel nō suato iuris ordie pōt in/
terimere ne iusticia peat: alioqn veracit ⁊
criminalit homicida iudicaret: nā qui iu/
stū cōdemnat ⁊ qui iniustū sine iuris ordi/
ne cōdēnat vterq mortaliter peccat: quia
pceptū ē Deut. xvj. Juste qd iustū est exe/
queris. Dolere debet igit qui videt iusticiā
perire: ⁊ qtū pōt illi fauere nō tñ de alteri
us officio se interponere. iuxta illd Deut.
xxiij. Nemo mittet falcem in alienā mes/
sem: quia per h iusticia nō defensat h iniu
sticia cumulat. Duobus eñ malis scz errā
ti ⁊ corrigēti terti⁹ adiūgit. s. q iniuste cor/
rigit. Hic et Johēs recūbēs sup pect⁹ dñi i
iudā traditorē sibi notificatū vīdictā exer

cere noluit: nec dauid i saul qrentē aīaz il/
lius. Sed quid mirū cum nec iudici liceat
interficere quēpiam licet iuste iudicatū or/
dine iuris seruato nisi ⁊ hoc faciat intētio
ne recta. s. ad cōseruandā iusticiā nō ad ex/
ercendam vindictā ppriam ex liuore vel ad
adipiscendū alterius fauorē aut pecuniā
vel aliud quodcunq cōmodū: alioquin ho/
micida iudicaret in iudicio anime. Tertio
deniq iustus cum viua fide cessat a bono
opere quādo cōpensatis singulis circūstā/
tijs opus illud finem bonū habere nō pt:
licet de sui natura opus bonū esset: aut cū
pbabilit psumi posset vergi debere i ma/
lum finem: vt exempli grā: Xritas in se bo/
na est ⁊ sancta. pniciosum tñ est semp velle
verū dicere: qz dicit Eccs. iij. Tempus ta
cendi est tps loquendi: descēdat igit pdi/
cator in sermone ad psonas ac eaz defect⁹
pticulares aut ad dños vel platos absen/
tes seculares vel spirituales aut ad alios
clericos vel religiosos: ⁊ merā veritatē p/
dicet omniq ratiōe ⁊ auctē dicta sua confir
met: tñ quia in tali mō et in tali casu ad eū
nō ptinet talia pdicare sine fructu scanda/
la generabit et extrema dementia labora/
bit: qz sm Hiero. frustra niti ⁊ nihil aliud
q odium querere extreme demētie est. In
cuius argumentū dicit Ezech. iij. linguaz
tuam adherere faciā palato tuo ⁊ eris mu
tus nec quasi vir obiurgans qz domus ex
asperans est. Secūdo vero fides esse cōtin/
git in opere sine lumine intellectus ex di/
uina sapientia pmittente: quia sunt quidā
iuste viuentes qui de fide vexatiōes horri
biles patiunt ac diuersis erroribus ⁊ fan/
tasijs implicant quib⁹ aliquādo videntur
vel totaliter assentire seu saltem de multis
articulis fidei dubitare licet a talib⁹ mole
stari cordialiter doleant ac mente talibus
omino cōtradicant pro sua liberatiōe deū
suppliciter orant: ac interim bona opa mi/
plicare minime cessant: ⁊ p ea defectum fi/
dei supplere conant quē in intelligētia pa
tiunt q si tale lumen fidei dominus vsq
in finem reddere dissimulat in dubitabili
fide tenendum est eis in celū palmā mar/
tyrij reseruatam: quia talis vexatio men/
tis est de durioribus afflictionibus vite p
sentis: tamē dicant cum apostolo. ij. Cor.
xij. Uirtus in infirmitate perficitur: liben
ter igit gloriabor in infirmitatibus meis.
vt inhabitet i me Xrtus christi. cū h qz grās
agant q in talibus tēptatiōib⁹ cōsistenti sic

impatienter patient̄ in bonis opibus pseuerant. fecerūt eñi qḋ suū est deo mentē suam fideliter ꝓ posse ꝑparādo. Unḋ luminosam hāc fidē dñs ex inscrutabili suo iudicio sepius non vult homini dispēsare: cōmunit̄ tñ hoc ꝯtingit trib⁹ de causis. Primo ex natura: qꝛ plerīq patiunt̄ in cerebro passionē quā medici melancoliā vocant: q̄bus post oratiōes ꝓ taliū liberatiōe frequētatas ac post naturalia medicorum remedia nullū efficati⁹ remediū dari pōt q̄ȝ nihil curare nisi pōderare tales cogitationes: nec eas cōfuteri nisi generalit̄: alit̄ eñ ardenti igni lingna arida adhibere videt̄ vt extinguat̄. Secūdo ex culpa p̄terita ne scȝ relictis multis vitiis iā sibi iustus ⁊ ꝑfectus esse videat̄: ac in se ꝯfidēs a diuina ꝯfidentia cuȝ suo discrimine dānabilius elonget̄. Tertio vero ex gratia ne scȝ post sublimia dona eis cōmunicata elati cadāt sed in humilitate cōseruati semꝑ in virtutibus vberius crescāt sicut in simili casu ḋ se dicit aplus. ij cor. xij. Ne magnitudo reuelationū extollat me dat⁹ est mihi stimulus carnis ⁊c. ⁊ seq̄tur. Nā virtus in infirmitate ꝑficit̄. libent̄ igit̄ gloriabor in infir. ⁊c. Tertio denīq fides esse ꝯtingit tam in intellectu q̄ȝ in affectu ⁊ effectu: ita qꝛ radio suo viuifico ⁊ intellectū illumīat ⁊ affectū viuificat: ac semꝑ viuere ꝑ effectū manifestat. Quā fidē diffinit aplus ad hebr. xi. dicens: Fides est substātia reȝ sperandaruȝ id est fundamentū substās edificatiōi spirituali: qḋ est grā ⁊ glia vel causa subsistendi in nobis res sperādas: scȝ bona futura inq̄tū scȝ est inchoatio q̄dā future beatitudinis: quia fides est prima virt⁹ infusa sicut in aliis rebus: p̄ma pars rei dicit̄ q̄dāmodo substātia eius: res aūt sperāde cōtinētur in ipsa beatitudie cū sit status omnium bonoȝ aggregatione ꝑfectus: vt dicit̄ iij. de ꝯsolatōe. Seq̄tur argumētū nō apparentiū: qꝛ obiectū fidei est veritas nō visa cui firmit̄ fides adheret: nō ex rei euidentia sed ex auctoritate diuina. Ad la.

De fide quō p̄lati ⁊ clerici ⁊ laici tenētur ad illā explicite credēdā vel etiā ꝯfitendā: Sermo VIII.

Non habebis deos alienos corā me. Exo. xx. Quia in his verbis instruit nos deus ad fidē imaculataȝ vnius dei cui firmiter credendo adherere debemus. ideo nūc de eadē in ꝑticulari ꝓsequamur. Sed quia fides vt dicit Iacobus in canonica sine operib⁹ mortua est. Sūmope pensandum est a nobis qualē fidē exigat a nobis de⁹ cum mittēs in omnē terrā apostolis suis ꝓtestatus sit: Qui crediderit ⁊ baptisat⁹ fuerit saluus erit. Ad cuius euidentiā sciēdū B qꝛ tres sunt gradus fidei. Primus est credere deuȝ esse: quod etiā demōes credūt: vnde Iacob⁹ in canōica: Tu credis quia vn⁹ est deus bene facis ⁊ demones credūt ⁊ cōtremiscūt: nec fides illa sufficit ad salutem. Secūdus gradus est credere deo. id est credere verū esse omne qḋ deus dit̄ qḋ ⁊ mali faciūt: sic ⁊ nos credimus homi qꝛ verū dicat: nec hoc sufficit ad salutē. Tertius gradus est credere in deū: id est scḋm Aug⁹. credēdo amare ⁊ credendo in eum ire. credendo ei adherere ⁊ ei⁹ mēbris incorporari. Et solū per hanc fidē iustificat̄ impius: vt patet de pe. di. ij. c. charitas est aqua. vnde dicit textus decretaliū qꝛ firmiter credere debemus imobilit̄ scȝ inherendo fidei. Ueruntā Guil. de monte lau. in cle. vna. de sum. trini. dicit: qꝛ aliq̄ñ q̄s nō credit ex infirmitate animi: id est debilitate nō tamē ꝑtinacius insistit ⁊ tunc nō ē heretic⁹: immo si recedit ab illa dubietate resistendo illi meret̄ sicut meret̄ cohercēdo p̄mos motus ⁊ stimulos carnis: vt patet vi. di. c. sed pensandū. ⁊ c. nō est peccatuȝ. si tamē ꝑtinacit̄ insisteret esset heretic⁹: vt extra de here. c. dubius. Hec liq̄de probātur: extra de sum. trini. c. damnam⁹. in fi. ibi eñi non damnat̄ Ioachim abbas: licet erroneū dixerit: quia corrigi paratus fuit ⁊ ecclie determinatiōi se subiecit: vnde ille tñ heresi dicit̄ inherere ꝑtinacit̄: qui non est paratus corrigi ad mandatū supioris. Ex his patet qꝛ pertinacia ⁊ obstinatio req̄runt̄ ad hereticum. Hic dicit Helinand⁹ historiograph⁹: qꝛ licet papias fuerit auctor hereticoȝ qui dicunt chiliaste: id est millenarii: nō tñ int̄ hereticos sed int̄ sanctos in martyrilogio cōputat̄: similit̄ nec hyreni⁹ lugdūñ. nec victorinus pictauien. heretici appellant̄ qui gloriosi martyres fuerūt: ⁊ tñ in hac opiniōe papiā secuti sunt. Multi nanq̄ sancti simpliciter in aliquibus errasse legant̄: sicut beat⁹ Cyprian⁹ de hereticis rebaptisandis: qui tñ error eis nō imputat̄ ꝓpter ceteras virtutes q̄ in eis excellebant: ⁊ quia nō ex pertinacia ⁊ animi

obstinatiōe sed ex ignorantie simplicitate errabāt: ⁊ sic nullꝰ iudicaṫ hereticꝰ nisi ꝗ vult esse ſm doctores. Refert etiā Cesariꝰ ꝙ cū multi heretici fuissent ducti ad ignē vnus illorū penitētia ductus dubitare cepit si penitētia sibi ꝓficeret. ⁊ cū cōfortatꝰ a quodā fideli cōfiteri inciperet quātoplus procedebat in cōfessione tantū minuebaṫ ignis in quo ꝯburi debebat: ꝯfessiōeq; cōpleta ꝑfecte ac abnegatis erroribꝰ ignis extinctus est ex quo nō fuit ꝑtinax ſ ductibilis ad penitētiā. Ad maiorē aūt euidētiā ꝓmo queri pōt: vtrum laici teneanṫ ad ad sciendā ⁊ credendā oēs articulos fidei quos cōtinet symbolū aplorꝝ ac ꝑ hoc scire symbolū. Ad hoc rñdet glo. extra de sum. tri. c. firmiṫ. ⁊ Jo. an. in nouella. sup ea. ꝙ articlos fidei debēt laici scire ⁊ credere saltē implicite. Credere aūt implicite est credere quicqd ecclia credit. Theologi tamē dicūt ꝙ laici teneanṫ explicite scire ⁊ credere articulos in symbolo positos de hūanitate christi ⁊ nullꝰ excusari pōt de ignorātia: q: de istis ecclia solēnizat quolibet anno. Primo de cōceptiōe ex spūsancto ī annūciatiōe dñica. Secūdo de natiuitate xp̄i in natiuitate eiusdē. Tertio de passione in pasceue. Quarto de descēsu ad inferos ⁊ sepultura in vigilia pasche: cōis pulsatio eīm cāpanarꝫ in die sabbati signat tripudiū ⁊ gaudiū sanctorꝫ patrum in limbo qḋ habuerūt de descēsu xp̄i ad inferos. de resurrectiōe in die pasche. de ascēsione in die ascēsionis. de iudicio in aduētu dñi. Sed articlos de diuīitate positos ī symbolo nō tenēṫ simplices scire ⁊ credere nisi ī generali sicē breuiṫ tangit symbolū aplorꝫ. ⁊ oīa ꝑticlaria vl specialia credere īplicite hoc est credere oīa illa ꝗ sancta mater ecclesia tenet ⁊ credit. ⁊ quācūq; fuerint requisiti sp tenenṫ cōsentire ⁊ in nullo ꝯdicere. vnde intantū valet illa fides implicita laico ꝙ si naturali rōne motus dicat patrē maiorē vel filio ꝑtorē. vel ꝙ tres ꝑsone sūt ab inuicē distātes vel aliqd simile nō est hereticus nec peccat dūmō sic credat: q: credit ecclesiā sic credere ⁊ opinionē suā fidei ecclesie semꝑ supponit nec suā defendit errorem. ⁊ paratus sit corrigi: q: licꝫ sic opineṫ: illa tñ opinio nō ē fides sua ſ fides ecclie: ſm Inno. Et dicit Hosti. ꝙ illud remediū nō admitteret in casu quo ore se dicit credere ⁊ operibus negat: vt patet. xj. q. iij. c. excōicamus. j. §. j. Ceterꝫ de laico sic implicite credēte dicūt quidā theologi ꝙ talis laicus pōt ex hoc mereri male credendo. vt si simplex hō credit aliqḋ hereticum eo ꝙ sic ꝑdicat suus ꝑlatus quātomagis hoc credit tantoplus mereṫ. qḋ tenet Pe. de alliaco quōdā ep̄us cameraceñ. postea cardinalis in sua qstione quā de cōsciētia erronea parisius disputauit. ⁊ hoc est verū dūmodo talis laicꝰ ꝑ sua simplicitate de illo articulo nō teneṫ habere fidē explicitā: vt verbi grā: ꝙ pater in diuinis ē maior filio ⁊ talis habeat cōsciētiā ꝙ teneṫ credere ꝑlato suo sic asserēti: tūc in illo casu cōsciētia illa erronea nō est peccatum imo meritū: ⁊ huic opinioni cōcor. Pe. dicēs: ꝙ q: talis bona volūtate assentit scꝫ ꝓpter obedientiā ꝑlati ⁊ ꝓpter reuerentiā ecclesie dei: ⁊ recte credit in vniuersali: ⁊ ꝗuis erret in ꝑticulari hoc tamē est errore inuincibili iō excusaṫ ⁊ mereṫ: hec ille. Secūdo vo q̄ri pōt de clericis curatis ⁊ ep̄is quō obligāṫ fidē scire ⁊ credere cū ipsi maioris sint capacitatis. Ad hoc rñdet Inno. ⁊ Jo. an. in nouella. ꝙ simplices clerici si paupes sunt ꝙ nō possunt emere libros nec ꝓpter paupertatē vacare studio theologico: tūc possūt sine peccato vacare alteri studio: puta iuris vel medicine ex causa licita vt inde viuāt: ⁊ tūc sufficit ꝙ credāt implicite sicut laici: tenēṫ tamē aliquātulū plus scire ꝗ laici: puta ꝙ in sacramēto altaris conficiṫ verū corpus christi: q: in hoc quotidie versanṫ. Si vo tam diuites sunt ꝙ habēt expensas ⁊ magistros tūc peccāt nisi plus ꝓficiāt in distincta cognitiōe fidei. ⁊ ī hoc habet discernere sacerdos ꝗ eis iniūgit penitentiā: quare nō student: hec ⁊ alia ponit ibidem Jo. an. Porro curati ⁊ siles ꝑlati tenenṫ excedere mensurā illā fidei eo ꝙ curā animarū habeāt: debent eñi scire articulos fidei distincte ⁊ explicite ꝗ cōtinenṫ ī symbolo: Credo in vnū deū. ⁊ in symbolo: Quicūq; vult saluꝰ esse. vt. xxxviij. di. c. j. ⁊ sequen. vbi dr: ꝙ ꝑsbri ī parochijs ordināṫ libellū officialē ab ep̄o suo recipiāt: vt ad ecclias sibi deputatas instructi accedāt ⁊c̄. ep̄i vo tñ scire debēt ꝙ de eis omī poscēti rōnem reddere pñt. vt. c. di. c. oīo. Et ſ est ꝓpte explicite scire scꝫ scire alios articulos

fidei explicare distinguere et defendere. suf/
ficit tamē q hoc faciāt deliberatiōe ꝓhabi
ta etiā si oportuerit cū aliorū cōsilio: h ille.
Ex his etiā patet q tria sūt symbola fidei.
Primū ē illud qđ cōmuniter dicit a fide/
lib⁹ tam clericis q̄ laicis: et factū est ad fi/
dei instructionē et fuit editū quando fides
nōdum fuit ꝑpalata: ideo apostoli cōgre/
gati fecerūt symbolū: id est collectionē cre
dendorū vt homines instruerent in fide. et
quia fides nōdū erat ꝑpalata: ideo secre/
te dicit in ecclia et in ꝓncipio diei et noctis:
scꝫ prima et cōpletorio ad designandū q in
ortu ꝓsperitatis et ī occasu aduersitatis de/
bet se quis firmiter tenere. Postea vero qr
multi errores emerserūt ꝓpter quedā dif/
ficilia que in illo symbolo fuerūt. ad eius
explanationē editum est symbolū nicenū
a trecētis et decē et octo patrib⁹. i. epis: vt
patet. xv. di. c. canones. et fiūt ibi aliq̄ addi
tiones declarantes fidei veritatē in primo
symbolo contentā: vt patet cōferenti vnū
ad aliud qđ symbolū in niceno cōsilio fa/
ctum fuit ꝓpter grecos q̄ credebāt q spi/
ritussanct⁹ nō ꝓcederet ab vtroq̄: vt patꝫ
de cōse. di. v. c. penl. et vlti. qđ etiā alte can/
tat in missa post euāgeliū: qr tūc fide ꝑpa/
lata hora est ꝓdicatiōis et expositiōis euā/
gelij. Proinde in illis symbolis nihilomi
nus implicite quedā cōtinebant q̄ ꝓpter
vigētes hereses oportebat explicari. et ideo
tertiū symbolū adduū est: scꝫ athanasij pa
triarche alexādrini q̄ se specialit cōtra he/
reticos opposuit et innumeras ꝑsecutiōes
sustinuit: et est symbolū tanq̄ ab ecclia cō/
firmatū. et ideo iam q̄si expulsis hereticorū
tenebris illucescēte fidei veritate cantat ī
ꝓma. s. Quicūq̄ vult saluus esse. sed duo/
bus vltimis omissis reuertamur ad decla/
rationē ꝓmi ꝓsequēdam. Tertio queri
pōt quot sunt articuli fidei. Ad hoc dicen/
dū q si respect⁹ habeat ad illos qui ꝓmū
symbolū tradiderūt sic sunt duodecim ꝯm
numerū aplorū. Si vero ꝯsideremus ea que
radicaliter sunt credēda tūc sūt q̄tuorde/
cim quorū. vij. ꝑtinēt ad diuinitatē: et. vij.
ad christi hūanitatē quos oīs xp̄ianus te/
net credere et scire. et ideo vnusq̄sq̄ symbo
lū illud tenet addiscere et quotidie dicere
in recognitionē xp̄iane fidei. hinc parētes
instruere debēt pueros suos vt sciāt Pa/
ter noster. Aue maria. Credo in deū. qđ si
nō fecerint obligant ad hoc etiā patrini:
quia dum in baptismo puerum tenent eis
iniungit vt in his ꝑte puerū instruant vel
instrui faciant. vnde indicit eis hoc ipsum
de cōse. di. iiij. c. monachi. vos ante omnia
tam viros q̄ mulieres qui in baptismate
filios suscipitis: moneo vt vos cognosca/
tis fideiussores apud deū extitisse ꝓ illis
quos nisi estis de sacro fonte suscipe: ideo
semꝑ eos admonere debetis vt castitatem
custodiant: iusticiā diligant: charitatē te/
neant. ante omnia symbolū et orationē do/
minicā vosipsi tenete: et illis quos excepi/
stis ostēdite. in cui⁹ etiā argumentū dicit
iiij. di. c. ante viginti dies baptismi ad pur
gationis exorcismū cathecumini currant.
in quib⁹ viginti diebus oīno symbolū qđ
est: Credo ī deū. specialiter doceant. et. c.
sequē. generale ꝓponit edictū: dicens: sym
bolū placuit et vno die ab omnib⁹ ecclesijs
id est ante octo dies dñice resurrectionis
publice ī ecclie cōpetētib⁹ ꝓdicare: glo. id
est intellectū discretiōis hñtib⁹. Quar/
to q̄ri potest: vtrum auditores diuersarū
opinionū et diuersorū magistrorū tenentiū
diuersas opiniones excusent a peccato er/
roris si opiniones suorū magistrorū sequā
tur. cum enī dicat dñs Math. xxiij. Super
cathedrā moysi sederunt scribe et pharisei
oīa que dicūt vobis seruate et facite. mlto
ergo magis seruanda vident q̄ tradunt a
doctorib⁹ sacre scripture. Ad h rñdet sanct⁹
Tho. in q̄libetis q diuerse opiniōes do/
ctorū sacre scripture q̄ nō ꝑtinet ad fidē et
mores bonos absq̄ ꝑiculo ab auditorib⁹
ex vtra ꝑ ꝑte teneri possunt: qr tunc habet
locū qđ aplūs dicit Roma. xiiij. Unusq̄sq̄
ī suo sensu abūdat. In his vero q̄ ꝑtinent ad
fidem et bonos mores nullus excusat si se/
quat erroneam opinionē alicui⁹ magistri
quia de talibus dicit Math. xv. Cecus si
ceco ducatū ꝓstat ambo ī foueam cadunt.
In talibus enī ignorātia nō excusat alio/
quin īmunes fuissent a peccato qui secuti
sunt opinionē arrij: nestorij et aliorū heresi/
archarū. Nec potest auditor excusationē
habere ꝓpter simplicitatē si sequat in ta/
lib⁹ opinionē erroneā: qr in rebus dubijs
nō est de facili ꝓstandus assensus quinimo
vt dicit Aug⁹. in. ij. de doctrina xp̄iana.
Cōsulere debet aliquis regulā fidei quam
de scripturarū planiorib⁹ locis et ecclesie au
ctoritate accepit: q̄ ergo assentit opinioni
alicuius magistri cōtra manifestū scriptu/
re testimoniū siue contra id quod publice
tenet ꝯm auctoritatē ecclie nō pōt excusari

ab erroris vitio. Quinto queri pōt. vtꝝ cōfessio fidei sit necessaria ad salutē: pſertim cum illud videt̄ ad salutem sufficere p qd̄ homo attingit finē virtutis: sed ꝓpꝛius finis fidei est coniunctio humane mentis ad veritatem diuinā qd̄ pōt esse sine exteriori cōfessione. Ad hoc rn̄det sctūs Tho. scd̄a 2e. q. iij. ꝙ ea q̄ sunt necessaria ad salutē cadunt sub pceptis diuine legis: cōfessio aūt fidei cum sit q̄ddam affirmatiuū nō pt cadere nisi sub pcepto affirmatiuo. Unde comō est de necessarijs ad salutē quo cadere pōt sub pcepto affirmatiuo diuine legis. Precepta aūt affirmatiua nō obligant ad semp licz sp obligēt: sed p loco ⁊ tpe ⁊ fm alias circūstātias debitas fm q̄s oportet actū hūanū limitari ad h̄ ꝙ sit actꝰ virtutis: sic ergo ↄfiteri fidē non semp nec in q̄libet loco est de necessitate salutis: sed aliquo loco ⁊ tpe. s. qñ p omissionē hmōi confessiōis subtraheret̄ honor deo debitus vl' etiā vtilitas ꝓximis impēdēda: puta si q̄s interrogatus de fide taceret: ⁊ ex hoc crederet̄ ꝙ nō haberet fidem: vel ꝙ fides nō esset vera vel alij p eius taciturnitatē auerterent̄ a fide. In hmōi em̄ casibus ↄfessio fidei est de necessitate salutis. Qd̄ si obijcitur illud quod vergere pōt in scandalū et ꝑturbatiōem alioꝝ nō est necessariū ad salutē: q: dic̄ apl's. j. Coꝛ. x. sine offensiōe estote iudeis ⁊ gentibꝰ ⁊ ecclesie dei: ſ p cōfessionē fidei infideles q̄nq3 ad ꝑturbationem ꝓuocant̄. Ad hoc rn̄det ibidem: ꝙ si turbatio infidelium orit̄ de cōfessiōe fidei manifesta absq3 vtilitate fidei et fidelium nō est laudabile in tali casu fidem publice ↄfiteri: q: est ↄtra illud matth. vij. Nolite sanctū dare canibꝰ neq3 margaritas spargere an̄ porcos ne ↄuersi disrūpant vos: ſ si vtilitas aliqua fidei speret̄ aut necessitas assit cōtempta turbatione infideliū debet homo publice fidem ↄfiteri. Deniq3 h̄ fides catholica si debet esse vera in aliq̄ necesse est ꝙ sit integra: q: si quis errat i vno iam nō habet fidem etiā informē: ꝙ sic pꝫ fm Tho. ibidē. q. v. q: formale obiectū fidei est veritas ꝓma fm ꝙ manifestat̄ in sacris scripturis ⁊ doctrina eccl'ie quicūq3 ḡ nō inhereret sicut infallibili ⁊ diuine regule doctrine eccl'ie q̄ ꝓcedit ex veritate prima in sacris scripturis manifestata ille nō habet habitū fidei: ſ ea que sunt fidei alio mō tenet q̄ per fidem: quia de his que ecclesia docet que vult tenet: ⁊ que non vult nō tenet: ⁊ sic p fidem non inheret ecclesie doctrine sicut infallibili regule: ſ inheret ꝓprie voluntati ⁊ opiniōi q̄ quā tenet aliq̄s articulos fidei ad libitū ꝓpriū. Tā sic mortale peccatū ↄriat̄ charitati sic discredere vnū articulū ↄtrariat̄ fidei: ⁊ ideo sic charitas nō remanet in homie post vnum mortale: sic nec fides postq̄ discredit vnū articulum fidei. Ad laudem dei.

De effectu fidei ⁊ infidelitate gētiliū: iudeoꝝ ⁊ hereticoꝝ: ⁊ vtrum heretici sint tolerādi: Ser. IX

Non habebis deos alienos corā me. Exod. xx. Dicit Aug. sermōe. xxv. ꝙ fides appellata est ab eo quod fit: due sillabe sonant cū dicit̄ fides. Prima sillaba ē a facto: scd̄a a dicto: interrogo te vtꝝ credis: dicis: credo: fac qd̄ dicis ⁊ fides est: alioq̄n vt dicit Jaco. ij. c. Fides sine opibꝰ mortua ē. Imo vt dicit Aug. li. de charitate: cū dilectione fides xp̄iani est sine dilectiōe fides demonis: etem̄ demones credūt ⁊ ↄtremiscunt: sup q̄ vbo dicit Aug. vtinā quō demones iudicē sic hoīes agnoscerēt saluatorē. Est em̄ demonibꝰ remunerator maloꝝ tm̄: ⁊ iō merito timēt: hominibꝰ vo tā maloꝝ q̄ bonoꝝ vt et timorē reddamꝰ ⁊ amorē. Pro q̄ sciēdū: ꝙ vt tangit Aug. li. de sacramētis: tria sunt que ab initio ⁊ ante aduentū christi ⁊ post ad salutem obtinendam necessaria fuerunt scz fides ⁊ sacramenta fidei vt baptismus: confessio ⁊ similia ⁊ opera bona in charitate facta: que tria ita sibijnuicem cōnectunt̄: ꝙ salutis effectum habere non pn̄t si simul nō fuerint: quia nec fides meritū habet si dum potest opari neglexerit nec opus bonū est aliq̄d si sine fide charitate formata factū fuerit: ⁊ rursus fides opans hoīem sctificare nō sufficit si eam q̄ in sacramētis dei cōtat sctificatiōem recipere ↄtemnit. Et ideo dic̄ Jaco. ij. c. Si fidem dicat quis se habere opera autem nō habet nūquid poterit fides saluare eū: Ex quibus verbis elicit̄ ꝙ duplex est fides. vna i intellectu: ⁊ altera in opatione: multi sunt enim qui dicunt se nosse deū: factis aūt negāt. De quibꝰ dicit̄. ij. Pe. ij. melius erat illis viam nō cognoscere iusticie q̄ pꝰ agnitionem retrorsum cōuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato: quia fiunt eis posteriora peiora prioribꝰ: qui ḡ ca

rā bonā opeꝝ nō habet fidē nō habet: et
A est infideli deterior. Quapropt̄ duo re/
or esse ꝓsequenda scȝ de effectu fidei ⁊ de
peccato infidelitatis. Pro primo q̄rit do/
ctor sanct⁹ secūda 2ᵉ. q. vij. vtrū scȝ timor
sit effectus fidei sicut dicit̄ Jac. ij. Demo/
nes credunt ⁊ contremiscunt. Ad hoc respō
det: q timor est quidā mot⁹ appetitiue vir/
tutis: omniū ergo motuū appetitiuoꝝ prin/
cipiū est bonū vel malū apprehensū: quia
oportet q timoris ⁊ omniū appetitiuoꝝ
motuū principiū sit aliqua apprehēsio: p fi
dem igit̄ sit in nobis aliqua apprehensio
de quibusdā malis penalib⁹ q̄ fm iudiciū
diuinū inferunt̄: ⁊ p hunc modū fides est
causa timoris quo q̄s timet a deo puniri q̄
est timor seruilis. Est aūt ⁊ causa timoris
filialis quo quis timet separari a deo: vel
quo quis refugit se deo cōparare reuerēdo
ipm inq̄tū p fidē hanc estimationē habe/
mus de deo: q sit quoddā imensū ⁊ altissi
mū bonū a quo separari pessimū ⁊ cui vel/
le equari est malū: sed primi timoris scȝ ser
uilis est causa fides informis. secundi ve/
ro timoris est causa fides formata q̄ p cha
ritatē facit hominē deo inherere ⁊ illi subijci.

Secundo querit ibidē vtrū purificatio
cordis sit effectus fidei: sicut innuere vide
tur Act. xv. Fide purificās corda eorum:
Ad hoc rūdet q impuritas vniuscuiusqȝ rei
consistit in hoc q rebus vilioribus immisce/
tur: non eñ dicit̄ argentū impuꝝ esse ex p/
mixtione auri p quā melius credit̄: sed ex
pmixtione plūbi vel stanni: Manifestū est
aūt q rationalis creatura dignior est om/
nibus tēporalibus ⁊ corporalibus creatu/
ris: ⁊ ideo impura reddit̄ ex hoc q tpali/
bus se subijcit p amorē: a qua q̄dē ipurita/
te purificat̄ per modū cōtrariū dū scȝ ten/
dit in id qd̄ est supra se scȝ in deū in q̄ mo/
tu primū principiū est fides: accedētē autē
ad deū oportet credere: vt habet̄ ad heb.
xj. ⁊ ideo primū principiū purificationis
cordis est fides: que si pficiatur p charita/
tem pfectā purificationē causat: si vero re/
manet fides informis tūc excludit quādā
turpitudinē sibi oppositā scȝ impuritatē
erroris. Pro secūdo pncipali q̄rit doc.
sanctus secūda 2ᵉ. q. x. vtrū infidelitas sit
peccatū: pñtim cū nullus peccat in eo qd̄
vitare nō potest: quia omne peccatū est vo
lūtariū: sed non est in hominis potestate q
infidelitatē vitet quā vitare nō pōt nisi fidē
habēdo: dicē eñ apls ad Ro. x. Quomō
credēt q̄ nō audierūt: quomō aūt audient
sine pdicāte. Ad hoc rūdet q infidelitas
dupliciter accipi potest. Uno modo: fm pu/
rā negationē vt ex hoc solo q̄s dicat̄ infi/
delis eo q nō habet fidē: sicut in illis q̄ ni
hil audierūt de fide: ⁊ tūc infidelitas non
habet rationē peti ſ; magis pene: qz talis
ignorātia diuinoꝝ ex petō primi parētis est se
cuta: q̄ ergo sic sunt infideles dānant̄ q̄dē
pena sensus propt̄ alia peccata si que fece/
runt que sine fide remitti nō possūt: nō au
tē damnant̄ ꝓpter infidelitatis peccatum
nisi pena dāni tm̄. Hinc dñs dicit Joh. xv.
Si nō venissem ⁊ locutus eis nō fuissē pec
catū nō haberent. qd̄ expōnēs Aug. dicit:
q loquit̄ de illo peccato quo non credide
rūt in christū. Alio modo pōt infidelitas
intelligi fm contrarietatē fidei: qz scȝ aliq̄s re
pugnat auditui fidei: vl' etiā ipam contēnit.
fm illud Esa. l. Quis credidit auditui no
stro. ⁊ in hoc ꝓprie pficit̄ infidelitatis rō ⁊
fm h̄ infidelitas est petm̄: ⁊ oritur ex super
bia: ex qua cōtingit q aliq̄s intellectū suū
nō vult subijcere regulis fidei ⁊ sano intel
lectui patrū: Uñ dicē Grego. xxxi. mora. q
ex inani glā oriūt̄ nouitatū psumptiōes.

Secūdo q̄ri pōt vtꝝ infidelitas q̄ petm̄ B
reputat̄ sit maximū petōꝝ: pñtim cū illō
qd̄ diminuit vl' excusat peccatū nō videtur
maximū peccatoꝝ: ſ; infidelitas diminuit
vl' excusat peccatū: qz dicē aplus: Fui blas/
phemus ⁊ psecutor ⁊ contumeliosus: ſ; mise/
ricordiā consecutus sum: qz ignorās feci in
incredulitate. Ad qd̄ rūdet doct. sctūs ibi
dem: q omne peccatū formalit̄ consistit in a/
uersione a deo: ⁊ ideo tanto aliqd̄ peccatū
grauı⁹ est q̄nto p ipm homo magis a deo
separat̄. p infidelitatē aūt maxime elonga
tur homo ab eo: qz nec veraȝ dei cognitio/
nē habet: p falsā autē cognitionē ipius nō
appropinqt ei ſ; magis ab eo elongat̄: nec
eē pōt q q̄tū ad aliqd̄ deū cognoscit q̄ fal/
sam opiniōēȝ de ipo habȝ: qz id qd̄ ipe opi
nat̄ nō ē de⁹: ⁊ ideo māifestū ē q petm̄ in/
fidelitat̄ ē mai⁹ oib⁹ petis q̄ contingūt ex p/
uersitate moꝝ. Uñ licet peccatū infidelitat̄
ex pte ignorātie habet a materia rationem
excusatiōis: ⁊ maxīe qñ q̄s ex malicia non
peccat: sicut fuit in apostolo paulo ex hoc
tamen quando habet renisum ad ea q̄ sunt
fidei habet rōnē peti grauissimi: qd̄ tñ pec
catū aggrauat̄ fȝ diūsaȝ ⁊ gradū infidelitat̄
nā fm opatiōēȝ infidelitat̄ ad fidē sūt tres
species infidelitat̄: quia cuȝ infidelitatis

peccatū c[illegible] in renitendo fidei hoc pōt
ꝯtingere [illegible]: vel eīm renitit̄ fidei
christiane nō [illegible] susceptte: ⁊ talis ē infi/
delitas paganoꝝ gentiliū ⁊ similiū: ⁊ ē in/
fimus gradus [illegible] malicia: aut renitit̄ chri/
stiane fidei suscepte in figura dūtaxat ⁊ ta
lis est infidelitas iudeoꝝ: ⁊ est medi⁹ gra/
dus vel renitit̄ fidei christiane iam susce/
pte in ip̄a manifestatiōe veritatis ⁊ talis ē
infidelitas hereticoꝝ que est pessima inter
oīa: nam sicut grauius peccat qui nō im
plet qd̄ ꝓmisit q̄ si nō implet qd̄ nunq̄ ꝓ/
misit: sic grauius petm̄ ē infidelitas here/
ticoꝝ qui ꝓfitent̄ fidem euāgelij ⁊ eidem
renitunt̄ ip̄am corrūpentes q̄ iudei qui fi
dem euāgelicam nunq̄ susceperūt: h̄ q: su
sceperūt ei⁹ figurā in lege veteri quā male
interp̄tantes corrūpūt: ideo ip̄oꝝ infideli
tas est grauius peccatū q̄ infidelitas gen
tiliū qui nullo mō fidem euangelij suscepe
runt. Deinde queri pōt. Utrū infideles
⁊ eoꝝ ritus sunt tolerādi: p̄sertim q: vt di/
ctum est tales grauissime peccāt tam ī infi
delitate q̄ in ritu eos. s. seruando: h̄ pecca/
to ꝯsentire videt̄ qui nō ꝓhibet cū tñ ꝓhi
bere pōt: vt habet̄ in glo. ad Ro. j. sup il/
lud: Nō solum qui faciūt sed qui ꝯsentiūt
facientib⁹. Hinc vt narrat Aug. xviij. d̄ ci.
dei. christiani p̄ncipes templa idoloꝝ pri/
mo claudi ⁊ postea dirui fecerūt ne. s. d̄ ce/
tero idolatriā exercerent infideles. Ad h̄
rñdet doctor sanct⁹ scd̄a 2ᵉ. q. x. ⁊. xj. spar/
sim q̄ humanū regimē deriuat̄ a diuino re/
gimine ⁊ illud imitari debet: deus aūt q̄/
uis sit oīpotēs ⁊ summe bon⁹ ꝑmittit ali
qua mala fieri in vniuerso q̄ tamē ꝓhibere
posset ne eis sublatis maiora bona tollerē
tur vl̄ etiā peiora mala sequerent̄: sic etiā
in regimine humano illi qui p̄sunt ratiōe
aliqua mala tolerant ne aliqua bona ipe/
diant̄: vel etiam ne aliqua peiora mala in
currant̄. sicut Aug. dic̄ in. ij. de ordine: au
fer meretrices de rebus humanis ⁊ turba
bis oīa libidinibus: vnde ritus gentili/
um ⁊ infideliū qui nihil virtutis vel vtili/
tatis afferūt: licet nō sint aliqualit̄ tolerā/
di: tñ ad vitandū scandalū vl̄ dissidiū qd̄
ex hoc ꝓuenire posset vel etiā ꝓpter amo/
uendū salutis impedimentū eoꝝ qui pau/
latim sic tolerati ꝯuertunt̄ ad fidem tole/
rari pñt: ꝓpter hoc eīm tñ hereticoꝝ q̄ pa/
ganoꝝ ritus aliqñ tolerauit eccl'ia quādo
erat magna infideliū multitudo: similr̄ iu
dei ⁊ eoꝝ ritus sunt tolerādi qui ex h̄ q̄ ri/
tus suos obseruant in quib⁹ olim p̄figura
batur veritas fidei quā tenemus h̄ bonū ꝯ
ꝓuenit q̄ testimoniū fidei nr̄e habem⁹ ab
hostibus ⁊ q̄si in figura nobis rep̄ntat̄ qd̄
credimus. Uerūtñ si querit̄: vtrū hec he/
retici sunt tolerandi: rñdet ibidē q̄ in eis
duo sunt cōsiderāda. Unū ex p̄te ip̄oꝝ scȝ
peccatū p qd̄ meruerunt nō solum ab eccle
sia p excōicatiōem separi: sed etiam a mun
do p mortē excludi: q: grauius est corrum
pere fidem p quā est anime vita q̄ falsare
pecuniam p quā vite corporali subuenit̄.
Si ergo falsarij pecunie vel alij malefacto
res statim p seculares principes iuste mor/
ti tradunt̄: multomag⁹ heretici statim qñ
d̄ heresi ꝯuincunt̄ pñt nō solū excōicari: h̄
etiam iuste occidi. Scd̄m aūt est ex p̄te ec/
clesie. s. misericordia ad errantiū ꝯuersio/
nem: ⁊ ideo nō statim damnat sed post pri
mā ⁊ scd̄am correptiōem: iux̄ illud ap̄li ad
Titū. iij. dicēs: hereticū hoīem post p̄mā
⁊ scd̄am correptionē deuita q: subuersus ē
qui hmōi est. Unde si post scdam correpti/
onem adhuc p̄tinax inuenit̄ tunc: eccl'ia d̄
eius ꝯuersiōe nō sperans alioꝝ saluti ꝓui/
det illum ab ecclesia p excōicatiōis sniam
separādo ⁊ vlterius eum iudicio seculari
ad exterminandū a mūdo p mortem relin/
quēdo. Dicit eīm Hiero. ⁊ habet̄. xxiiij. q.
iij. abscindende sunt putride carnes ⁊ sca
biosa ouis a caulis repellenda ne tota do/
mus massa corpus ⁊ pecora ardeat corrū/
pat̄ putrescescat intereat. Arrius in alex
andria vna scintilla fuit sed qm̄ nō statim
oppressa est totā vrbem ei⁹ flāma popula/
lata ē. Hinc est q̄ p̄mo reuertētes ab he/
resi eccl'ia nō solū recipit ad penitentiā sed
etiā cōseruat eos in vita ⁊ etiā ex spāli grā
in bonis tp̄alibus ⁊ ecclesiasticis dignitati/
bus aliqñ iteꝝ restituit ꝓ bono pacis si ve
ꝯuersi videant̄: si tñ recepti relabunt̄ hoc
videt̄ esse signū incōstātie eoꝝ circa fidē:
et ideo vlterius recipiunt̄ quidē semꝑ ad
penitentiā nō tñ liberant̄ a snīa mort' nec
ꝯseruant̄ in bonis tp̄alib⁹. Deniq̄ licet c
fides christiana fuerit vnica et sola porta
eterne salutis: nō tñ oīm fides erit deo gra/
ta vel nobis salutifera: q: q̄rundā pet⁹ so
deficit ī fide ꝑuersitas q̄ alioꝝ infidelitas.
Pro quo sciendū: q̄ duplex ē fides. Una
dicitur mortua vel informis: que scȝ non ē
formata diuina charitate: dicit̄ enim mor
tua quia omnipotēs est ad eliciendū act⁹
meritorios vel etiam actus arduos: q̄ ū

aliquādo elicit opera ardua vl' etiā opera alia de genere bonoꝝ nō tñ sūt meritoria: cuius ratio est: q: licet facit aliqd bonū nō tñ hoc facit ꝓpter deū: vel si facit ꝓpter deum nō tñ deus est principal' causa mouens ad illud bonū pficiendū: sed aut aliqd incōmodū euitandū vl' cōmodū cōsequēdū in tpe vl' eternitate ad qd tēdit natura vel fides informis: Un̄.j.Cor.xiij. Si habuero omnē fidē.glo. id est pfectā fidē: ita vt mōtes trāsferā: id est trāsferri a deo impetrē sicut Alex. qui fide potuit mōtes caspios cōiūgere ⁊ iudeos intus includere: vt refert Josephus. Sequitur. Charitatē autē nō habuero nihil mihi ꝓdest: scꝫ ad vitam eternā. Alia vero fides dicit' viua p similitudinem: q: sicut illa dicunt' viuere q ex se motū ⁊ operationē habēt: sic illa fides viua dicit' q p dilectionē opat' ⁊ tēdit in deū faciēs nō solū illud qd deus vult s vt deus vult: scꝫ ꝯsciētia pura ⁊ intētiōe recta. Ad laudē dei.

De sex primis articulis fidei et quinqꝫ penis inferni ſm poetas: Sermo X

Non habebis deos alienos Exo.xx. discussis vtcunqꝫ de diuersitate credentiū ⁊ editiōe triū symboloꝝ effectuqꝫ fidei gr̄a breuitatis ad articulos fidei ꝓut ſm ordinē in symbolo aplōꝝ ꝯtinēt' succincte deluciādos stilum ꝯuertam⁹ q ponunt'.xij. ſm numeꝝ.xij. aploꝝ ad qs oēs alij reducuntur.

A Quoꝝ primū ponit Petr⁹. Credo in deū.p.o.cre.ce.⁊ terre. vbi breui verbo multa ꝯcludit. Dicendo nāqꝫ credo.i. fide tēdo charitate formata in deū: in q ondit vnitatē essentie. Et ideo ad maiorē instructionē simpliciū adiūgit vnū in alio symbolo: q: licꝫ trinitas sit in psonis: est tamē vnitas in essentia: sicut anima vna est in essentia tres habēs potētias: de q trinitate ⁊ vnitate dicit Aug⁹.vj. de tri. in sūma trinitate tm̄ est vna q̄tū tres simꝉ sunt: ⁊ nec plus aliqd sunt due q̄ vna res ⁊ in se infinita sunt: ita ⁊ singula sunt in singulis: et omnia in singulis: ⁊ singula in omnib⁹: et omnia in omnib⁹: ⁊ vnū omnia. Si queris argumen. Bern. in ſmone de trinitate. Respōdet. inqrere de sūmma trinitate ꝑuersa curiositas est: credere ⁊ tenere sicut ecclia sancta tenet fides ⁊ securitas ē: videre autē ē sicuti est pfecta ⁊ summa felicitas est. Dicit tñ Aug. de verbis dn̄i: videm⁹ solem in celo currentē: fulgentē: calentē: similit' ignis tria habꝫ: s est motū: lucē ⁊ feruorē: diuide ergo si potes o arriane solē vl' ignē ⁊ tūc demū diuide trinitatē: dic ergo vnū deū ſm Jo an. ne ꝑ̄tia ꝯrietatē: ꝯrietas pugnā: pugna vero corruptiōeꝫ induceret. Dic inqꝫ vnū ad ꝯfusionē infideliū: q deos infinitos colēdos assūpserūt. Ouidius nāqꝫ qs pagani deos asserūt homies olim fuisse ꝓbāt: ⁊ ꝓ vniuscuiusqꝫ vita post mortē a suis coli ceperūt: pt̄m greci plurimos deos ac deas finxerūt. Dicūt enim Jouē deū celi q pcipue colebat' apd crethā. Venerem deā cupidinis q colebat' apd paphos. Apolline deū diuinatiōis q colebat' apd delos. Vulcanū deū ignis q colebat' apd lennos. Mineruā deā sapiētie q colebat' apd athenas: ⁊ sic de infinitis alijs: in quoꝝ laudē vt dic' Papias poete carmia cōponētes eos in celos sustulerūt: nā quarūdā inuētiōes artiū ⁊ cultū peperisse dicūt': vt esculapi⁹ medicinā: fuerūt etiā viri fortes aut vrbiū cōditores: qbus mortuis homines q eos dilexerūt simulachra ꝯfinxerūt vt haberēt aliqd ex imaginū ꝯtēplatiōe solatiū: sed paulatim hmōi honor suadētib⁹ demonijs ita in posteros irrepsit: vt qs illi p sola memoria nomis honorauerūt successores deos estimarēt ⁊ colerēt. hec Papias. Quidā ēt vt chaldei elemēta ⁊ pserti ignē ac figuras celi solis lune omnēqꝫ militiā celi adorabant. Sunt insup alij vt egyptij q bruta aialia ⁊ arbores ac similia coluerūt: vnū tñ deū principalē habuerūt Apin.s. habentē similitudinē bouis: signūqꝫ lune semiplene: Unde Plinius scribit se deū illū vidisse: ⁊ ex has cultura venit origo idolatrie in filios isrl' q vitulum adorauerūt: qui ope diabolico formabat' a liqfacto metallo. Judei q dē vnū deū colūt: s nō ſm sciētiā eo q filiū eius xp̄m negant: Christiani vo q sup oēs gentes veritatem inuenerūt dulci modulatiōe iubilāt: credo in vnū deū. ⁊ sic confitent' vnitatē diuine essentie: Deinde addūt Patrem omnipotētem. Vide nunc q̄ dulcissima cōnexio vocabuloꝝ in consolationē fideliū: nā in patre demōstrat inexplicabilē dignationē: in omnipotētia pcelsā dignitatē: nam tā infinite dignitatis ⁊ maiestatis est q in illi⁹ cōparatione cuncta creata quasi vestigiū pedis ⁊ pene nihil reputant': qui nihilomin⁹

talis ac tantus imensa sua pietate tam di/
gnanter inclinauit se nr̄e vilitati q̄ nō so/
lū a nobis vocari pat̄ expostulat: vt fiden/
tiam pleniorē nobis tribuat ⁊ amorē vbe/
riorem ingerat: sed etiā frater noster effe/
ctus eodē cinctorio vilissimo vestiri nō eru
buit vt ip̄e primogenit⁹ effectus adoptiu⁹
nos filios dei institueret: ⁊ paternā pieta/
tē fidentius inuocādā eē doceret: de q̄ am/
mirās bonauē. in expositione pat̄ noster.
ait: O imensa clementia lutū vilissimū dei
filiū se nominat ⁊ rex regū se patrē meum
dicit. Sequit̄: Creatorē celi ⁊ terre. q̄d ad/
ditū est cōtra heresim illā que dixit visibi/
lia esse a principe tenebra℞: inuisibilia ve/
ro a deo: ⁊ ideo ad maiorē declarationē di
citur in alio symbolo. Uisibiliū ⁊ inuisibi/
B liū. Secundū vero articulū posuit An/
dreas dicēs: Et in iesum christū filiū eius
vnicū dñm nr̄m. quia nō solū christiano ne
cesse est credere vnū deū: ⁊ hunc creatorē
celi ⁊ terre: s; etiā necessariū est credere q̄
deus sit pater: ⁊ q̄ christus vere sit fili⁹ ei⁹
hoc em̄ est vnicū fundamētū fidei nostre.
de quo in cle. de sum. trini. c. fidei catholi
ce fundamēto p̄ter q̄d teste ap̄lo. Nemo po
test aliud ponere firmit̄ inherēs apte cum
sancta matre ꝯfitemur vnigenitū dei filiū
in his omnib⁹ in q̄bus de⁹ pat̄ erat vna
cū patre eternalit̄ existentē ptes nr̄e natu/
re simul vnitas: ex q̄bus in se verus deus
existēs fieret ver⁹ homo: ⁊ ideo ꝯcluditur
j.q.j. c. cū paulus dicat: fūdamētū aliud ne
mo potest ponere p̄ter id q̄d positū est q̄d
est christus iesus: ꝯsequent̄ p̄batur q̄ vbi
christus nō est fundamētū nullū boni ope
ris est supedificiū: ⁊ dicit glo. in dicto. c. fi
dei. sup verbo. in omnib⁹. q̄ p hoc cōp̄hē/
dit imensitatē incōmutabilitatē: incōp̄re/
hensibilitatē: omnipotētiā: essentiā: natu/
rā ⁊c. vnā ⁊ equalē esse in patre ⁊ filio: q̄a
qual' pat̄ talis fili⁹: increat⁹: imēsus: eter/
nus. In hoc articulo primo Fotinus erra/
uit: quia dixit q̄ christus nō esset alit̄ fili/
us dei q̄ alij boni viri qui bene viuentes
merent̄ filij dei dici p adoptionē faciendo
dei voluntatē: ⁊ ita christus: quia bene vi
xit ⁊ voluntatē dei fecit filius dei dici me/
ruit: ⁊ voluit q̄ christ⁹ nō fuerit ante bea/
tam virginē sed esse incepit: quando ex ea
cōceptus est: cū ecōtra fides nostra tene/
at q̄ sit filius dei veri secūd naturā ⁊ q̄ sit
ab eterno. Hinc in alio symbolo additur.
Filiū dei vnigenitū ⁊ ex patre natum an/
te omnia secula. Sabellius autem dixit q̄
ipse pater est incarnatus ⁊ ideo eandē di/
cit personā patris ⁊ filij: ⁊ sic aufert trini/
tatē persona℞: ⁊ ideo in alio symbolo ad/
ditur deū de deo lumen de lumīe: quasi di/
ceret deum filiū de deo patre. ergo ⁊ filius
qui est lumē de lumīe patre. Arrius dixit
q̄ fuit ante beatā virginē: ⁊ q̄ fuit alia p/
sona patris alia filij: attribuit tamē tria fal
sa christo. Primū q̄ fili⁹ dei fuit natura.
Secundū q̄ nō fuit ab eterno sed in tēpo/
re factus a deo nobilissima creaturarum.
Tertiū q̄ non fuit vni⁹ nature cū deo pa/
tre: ⁊ q̄ nō fuit verus deus: sed econtra di/
citur i alio symbolo. De q̄ verū de deo ve/
ro genitū nō factū cōsubstantialē patri. pa
tet ergo q̄ credere debem⁹ xp̄m ve℞ ⁊ vni
genitū filiū dei q̄ fuit semp cū patre: ⁊ q̄
alia ē persona patris: alia filij: sed in vna
natura cū patre: ⁊ s̄m Tho. si hec credim⁹
hic per fidē cognoscemus ea: ⁊ p sanctam
visionē in vita eterna. Tertiū autē arti
culū posuit Jacobus zebede⁹ dicēs: Qui
cōceptus est de spiritusancto natus ex ma
ria virgīe. ⁊ sic necesse est credere filiū dei
carnē assumpsisse: Unde leo papa dicit: q̄
paris periculi est si i filio dei vera huma/
nitas aut patr⁹ negat̄ equalitas. Q̄d si q̄rit̄
cur dei fili⁹ elegit poti⁹ icarnari de maria
virgine q̄ de alia. Rñdet glo. in dicta cle.
q̄ sicut ex superbissima natus ē morb⁹: sic
ex humilima p ꝯriū incboari debuit medi
cina: Uñ verso nomīe eua dictū est virgini
aue: q̄r sicut nimi℞ ad summā humilitatē
incarnari dei filius voluit: sic summe hu/
milē eligere debuit in qua ⁊ de qua tanta
debuit humilitas incboari. Hinc in canti/
co suo maria dixit: q̄r respexit humilitatē
ancille sue. Quedā etiā refert historia q̄
ipsa deo primo virginitatē obtulit: vnde
quia nouū doni genus obtulit nouo ⁊ in/
audito dono honorari debuit. Nimirū q̄r
nunq̄ fuit ea dignior inuenta: dignissimā
antē deum eligere decuit: ⁊ sic ab ea carnē
assumere voluit que concepit christū non
de semine virili sed de spiritusancto: id est
p opatiōē spiritussancti: de qua dicit Da/
mas. super illō: Ecce ancilla dñi. q̄ post cō/
sensū beate virgīs spiritussanct⁹ superueni/
ens in ip̄am purgās eā ⁊ potētiā diuinita/
tis: vbi receptiuā preparans simul ⁊ gene
ratiuā: ⁊ tunc obumbrauit eā fili⁹ dei ⁊ co
pulauit sibi ip̄i ex purissimis ⁊ castissimis sā
guinib⁹ virginis carnē alatā aīa rōnali ⁊

Tertiū est oleū infirmoꝝ: quo scʒ vnguntur infirmi in mortis articulo: de his tamē duob⁹ vltimis nō inuenit̄ ꝑceptū ꝙ debet annuatim renouari. Scḋm aūt substātiale est forma verboꝝ q̄ talis est hodie. Signo te signaculo crucis ⁊ ꝯfirmo te chrismate salutis: In nomīe pa. ⁊ fi. ⁊ spūssā. amē: licʒ tēpore primitiue ecclie sola manus ipositiōe vterent̄ aplī: vt patet in. c. de sacra vnctione: vbi plura ponūt̄ de hac materia. Similiter sunt duo necessaria ex pte ministri: Primū est dignitas episcopal' cui soli cōpetit: nisi papa alteri inferiori cōmitteret ex causa multū necessaria vl' rōnabili. Unde dicit̄ de ꝯse. di. v. c. manus qʒ ipositionis sacramētū magna veneratiōe tenēdū est: qḋ ab alijs ꝑfici nō pōt nisi a sūmis sacerdotib⁹: nec tpe aplorum ab alijs nisi ab ipis aplis legit̄ aut scit̄ ꝑactum eē: nec ab alijs q̄ q̄ eoꝝ tenēt locū vnq̄ ꝑfici pōt aut fieri debet: nā si alit̄ ꝑsumptū fuerit irritū habeat̄ ⁊ vacuū: nec int̄ ecclīastica vnq̄ reputabit̄ sacramēta. Scḋm aūt reqsitū i ministrāte est intētio debita: q̄ nimiʒ reqrit̄ i oībus sacramētis. Ex pte deniqꝫ suscipientis reqrunt̄ eq̄ duo. Primū ꝙ ꝯfirmandus sit baptisat⁹: q: nōdū baptisat⁹ cōfirmari nō pōt nisi prius baptizet̄. Cui⁹ rō ē: q: character baptismatis est fūdamētum alioꝝ: ⁊ ideo illo nō ipresso nō pūt alij imp̄mi: ⁊ q: cū in sacramētis nō imp̄mit̄ character in q̄b⁹ apt⁹ nat⁹ ē imp̄mi. Dicit̄ nihil fieri. de quo charactere pri⁹ visū est ⁊ postea videbit̄. Secūdo requirit̄ ꝙ in loco debito scʒ in frōte ꝯfirmet̄: cū eñ q̄libʒ christian⁹ fm ꝑparationeʒ animi teneatur ꝓ loco ⁊ tpe fidē catholicā publice ꝯfiteri reqrēte necessitate vl' suadēte vtilitate cōmuni: ideo confirmatio in fronte ponit̄ vt a recipiente fides sine erubescētia publice cōfiteat̄ ⁊ ꝑdicet̄: ⁊ q: in ꝯfirmatiōe confertur audacia spiritualis: euidenti⁹ fit in frōte: in cuius argumētū dixit dñs ad ezechielē quē misit ad enunciādū ⁊ arguēdū pctā. eiusdem. iij. Dedi faciē tuā valētiorē faciebus eoꝝ: ⁊ frontē tuā duriorē frōtibus

B eoꝝ ꝛc. Tertio queri pōt q̄ sunt de bene esse ꝯfirmatiōis ⁊ nō de substātia. Ad hoc dicēdū ꝙ quatuor sunt q̄ tñ sine pctō ꝑtermitti nō possūt: saltē ab adultis si omittātur absqꝫ rōnali causa. Primū est ꝙ conferēs debet eē ieiunus. de ꝯse. di. v. ꝑcipit̄ ex ꝯcilio meldensi. c. vt epī nō nisi ieiuni p impositionē manuū spūmscm tradant: exceptis infirmis ⁊ morte periclitantibus: nec mirū q: sacramentū est omni venaratione dignū: vtpote i q̄ abūdās ⁊ eminētior gratia ꝯfert̄. Hinc melchiades papa ꝯsultus de dignitate sacramēti huī⁹: Rñdit epis hispaniaꝝ ⁊ habet̄ de ꝯse. di. v. c. De his vero. sup q̄bus rogastis vos informari vtrū maius sit sacramētū man⁹ ipositiōis epoꝝ: aut baptism⁹. Scitote vtrūqꝫ magnum esse sacramentū: ⁊ sicut vnū maiorib⁹. i. summis pōtificib⁹ est accomodatū qḋ nisi a maiorib⁹ ꝑfici nō pōt: ita ⁊ maiori veneratiōe venerādū est ⁊ tenēdū: sed ita ꝯiūcta sunt hec duo sacramenta: ꝙ ab inuicē nisi ꝑueniente morte nullatenus possunt separari: ⁊ vnū sine altero rite ꝑfici nō pōt: h ibidem. Secūdū est ꝙ adulti debēt ad ꝯfirmationē venire ieiuni: ꝓpter reuerētiā sacramēti: imo debēt se sollicite ꝑparare ꝑ ꝑuiā confessionē: vt spūmscm digne suscipere valeāt: alioqn nō excusāt̄ a mortali sacramētū tñ indigne ꝑcipiētes: Un̄ de ꝯse. di. v. dicit̄ ex cōcilio aurelíano. c. Ut ieiuni ad ꝯfirmationē veniāt ꝑfecte etatis. glo. statuimus vt moneant̄ ꝯfessiōes facere pri⁹ vt mūdi donū spūssancti valeāt accipe: et q: nunq̄ erit christian⁹ scʒ ꝑfect⁹ nisi in cōfirmatiōe epī fuerit chrismat⁹. Tertiuʒ est ꝙ ꝯfirmādus teneri debet ab alio ex ecclesie institutiōe: Unde dicit̄ de ꝯse. di. iiij. c. nō plures. ad suscipiēdū de baptismo infātē accedant q̄ vnus siue vir siue mulier: in cōfirmatiōe qʒ idip̄m fiat: in q̄bus verbis duo notant̄. Primū est ꝙ ꝯfirmād⁹ teneri debet: sicut baptisand⁹ leuari. Secūduʒ ꝙ tñ ab vno: nec refert vtrū sit vir vl' mulier: q: fortitudo spūalis est ꝑ christū in q̄ nō est mascul⁹ vel femīa: vt d̄r Gala. iij. Ratio vero huius est: ad ꝑcauēdū piculuʒ cōpaternitatis in ꝯtrahēdis matrimōijs: vl' debitis ꝯiugalib⁹ exigēdis: Un̄ dicit̄. iij. q. j. c. de his q̄ filiastros suos ad ꝯfirmationē corā ipsis tenēt. i. q̄ filios vxoris sue de viro priori dū chrismātur ab episcopis sup se sustinēt: si in scietia sicut asseris fiat: licʒ sit pctm̄ nō tñ vsqꝫ ad separationē cōiugij puniēdus est: lugeāt tñ ⁊ digna cōiugij penitētia h dilictēs dño dicāt: Delicta ignorantie mee ne memineris. di. viij. c. cōsuetudo. § penul. Ignosci pōt simplr erranti. glo. i. sine fraude. Argu. ꝙ ignorātia iuris excusat: vide textū ⁊ glosam. Et si q̄ritur vtꝝ q̄ reqrit̄ ꝙ al. q̄s ꝯfirmādus teneat vl' tangat in ꝯfirmatiōe, Ad hoc rñdet tho.

sup. iiij. q in cōfirmatiōe dat spūssanctus ad robur. ppter hoc eñ aliqs ad cōfirmationē accedit: qr se habere robur standi nō psumat: et ideo fuit institutū ab ecclesia q ab alio teneret ad designandū q p se stare nō posset: q si nō sit peccatū nō euitat propter institutionē ecclie: nihilominus tñ recipit sacramētū. Quartū est q cōfirmandū tenere nō debet nisi cōfirmatus: qr si contrariū facit peccat: licz ppter hoc nō sit irritū sacramētū fm Tho. et de cōse. dis. iiij. c. in baptismate vel chrismate nō pōt aliū suscipe in filiū ipse qui nō est baptizat9 vl cōfirmat9. Ceterū addi possūt adhuc duo de bñ esse sacramēti. Primū est q pepulū circūligat capiti: et hoc ppter reuerentiā sacramēti. Secūdū est q det alapa: et h vt memorie tradāt se fuisse cōfirmatos ne i iniuriā sacramēti denuo se faciant cōfirmari qd oīno phibet: vt extra de sacramētis nō iterādis. Quarto pncipaliter queri pōt de effectu hui9 sacri ppter quem dinoscit institutū. Ad hoc dicendū: q pncipaliter duplicē causat effectū: imprimit eñ characterē et cōfert vel adauget gratiā. Circum igit ad primū effectū dicit Tho. sup. iiij. q character est signū distinctiuū quo qs ab alijs distinguit ad aliqd spūale deputat: qd Pe. in. iiij. lucidius declarat: dicēs: q character ē quedā habitualis: id est indelibilis dispositio ad gratiā: qua. s. aīa ordinat ad hoc vt sit dei templū: sicut cōsecratio ecclie nō est aliud q quedā ordinatio i dei templū: vnō p characterē aīa disponit ad pfectū habitū grē: sicut aliqua diaphaneitas disponit ad lucē. Tho. Ad aliqd g spūale potest quis triplicit deputari. Uno mō vt i se spūalia pticipet: et ad h deputat qs in baptismo: qr iam baptizatus pōt esse pticeps oīs spūalis receptiōis: vñ character baptismalis est qsi quedā potētia passiua abilitās ad receptionē gratiaz et aliorū sacroz. Alio mō vt spūalia qs i noticiā ducat p rerū fortē confessionē: et ad hoc qs deputat in cōfirmatiōe. Sacrm enī hoc nō dat pprie ppter pugnā spūalem: q qs pugnat cōtra impedientē salutē suā psius: sed magis ad psistendū fortiter in pugna: qua qs xpi nomē impugnat: et vt inuict9 christi cōfessor pmaneat: et huic pugne nō oēs exponunt sed soli cōfirmati: nā tpe psecutionis eligebant aliqui q debebant in loco psecutiōis pmanere ad publice nomē xpi confitendū. alijs occulte credētibus nec se vltro manifestātibus q essent christiani: vt patet in legēda beati Sebastiani. Tertio mō vt etiā credentib9 spūalia tradat: et ad h deputat aliqs p sacramentū ordinis.

Quātū aūt ad secūdū effectū sciendū: q cōfirmatio digne sumēti cōfert gratiā si nō habuit et adauget gratiā iam habēti: faciens de grato magis gratū: nā fm Tho. et Pe. in. iiij. in hoc sacro cōfert grā: nō solū cōiter sicut in quolibet sacro in q cōfert grā emūdans a peccato et cōferēs facultatē digne et salubriter vtēdi eodē sacro dū digne sumit: sed etiā dat specialis grā p quā deputat qs ad officiū sanctitatis: et idoneus efficit ad xpm cōfitendū. vñ plerūqz fit in ipsa cōfirmatiōe mutatio nomīs: p eo q in ipo fit quedā homīs innouatio deponēdo ex toto vetustatē quā plene nō deposuerat in baptismo ad ipsius roboris firmitatē.

Deniqz ex hoc queri pōt: vtrūqz maiorē habebit gloriā paruul9 decedēs cōfirmat9 q nō cōfirmat9. Ad hoc rūdet glo. in. c. vt ieiuni. de cōse. di. v. videt q sic: qr in cōfirmatiōe dat augmentū grē: vt patz ib. bē. c. nouissime. vbi subdit: signat eñ baptizat9 cū chrismate i capitis sūmitate p sacerdotem: p pontificē xo in fronte: vt in priori vnctione significet sup ipm spūssancti descensio ad habitatioz deo cōsecrādā. in secūda xo vt eiusdē spūssancti septiformis gratia cū omi plenitudine sanctitatis et sciē et virtutis venire in hoīe declaret: hoc ibi sedz in glo. qd cōcedendū est si dicat: q puulo cōcedat grā i baptismo: hec glo. et ideo ne paruul9 tanto bono fraudet. pōt in ecclia specialit iterdicta chrismari sicut et baptizari: qr a quouis interdicto h duo sunt excepta: vt patz expsse ex de sen. ex. c. rhso. in fi. Vñ quātū malū ē negligere vel ex ignauia non recipere sacramentū cōfirmatiōis patet exemplo. Nā legit q quidā florentinus natione lapus nomīe satis erat tener et mollis: hic vidēs episcopum florentinū plures iuuenes cōfirmare: qui iuxta laudabilē cōsuetudinē dabat eis alapā in signū recordationis: ex tūc horrens maxille pcussionē recessit: et se confirmatū corā parētibus finxit: tandez xo mortuus fuit: ad iudiciū tractus vbi cum inquiret de statu suo: psertim an aliquid sustinere poterat: ipso obmutescēte tandē demon respondit q in vita tā mollis erat et delicatus q propter alapā quā abhorruit nō fuerat ausus se facere cōfirmari: hoc audito dictauit sen-

tentiã luderet: q vsq3 in diem iudicij debe/ret singulis diebus τ noct.b⁹ septies ala/pas recipere a demonib⁹: in fine mũdi re/cepturus sententiã an esset saluandus vel damnãdus. Qđ auertat a nobis christus iesus.

De sacramẽto extreme vnctiõis τ eius materia: forma τ effectu: et tpe: quib⁹ psonis: τ in quib⁹ locis dari debet: Sermo XVIII

Rent super cũ vn/gentes eũ oleo: τ oratio fidei sal/uabit infirmũ: Jaco. v. Ad eui/dentiã thematis q̃ri põt: vtrũ extreme vn/ctionis sacramentũ pncipaliter sit ordina/tum ad curandũ morbũ spũalẽ vel corpo/ralẽ: psertim cum illud pncipaliter dispen/sef pter infirmitatẽ corporalẽ: eo q nũq̃ daf nisi existentibus in graui infirmitate corporali. Ad hoc rñdet Bonauẽ. sup. iiij. dist. xxiij. q aliquoz opinio fuit q pncipa/liter ordinatũ est contra reliquias vel seq̃/las peccati: que relicte sunt tã ex originali q ex actuali τ grauãt animã: sicq3 sunt pe/ne spũales: habẽtes tamẽ frequẽter penas corporales annexas pter sui expurgati/onẽ: τ ideo dicũt esse principalit cõtra pe/nam spũalẽ: sed ex consequẽti ad sanandũ morbũ corporalẽ: sed ɔtra hoc est qđ dicit Jaco. v. vbi i institutiõe hui⁹ sacramẽti ð: si i peccato fuerit remittef ei: ergo ordina/tũ est contra aliquẽ morbũ peccati: qđ etiã tangit in glo. cũ ergo nõ sit cõtra origina/le nec cõtra mortale: relinquif ɔtra venia/le: τ hoc tenet cõmunis opinio. Sed notã/dum est q de veniali peccato est loqui du/pliciť. Uno mõ put qđ est i statu vie: τ sic morb⁹ venialis est q̃si inseparabilis τ qua/daz necessitate iterabilis: ac p hoc quodã/modo incurabilis: τ ideo nõ debuit cõtra ipm aliqua medicina specialiter τ pncipa/liter ordinari: sed oĩa sacramẽta generalit quodãmodo valent ad eius curationẽ sm plus τ min⁹. Secũdo mõ put aliqđ est in egressu vie: τ sic põt curari morbus venia/lis sine iteratiõe: cum igit aia posset cõtra/here talia q retraherẽt ipam a gloria: ideo diuina clemẽtia remediũ instituit quo aia curari posset q̃tum ad remissionẽ culpe: τ etiã i parte pene: τ hoc est sacrm vnctionis extreme. Jn cui⁹ argumentũ daf illud tũ in statu infirmitatis extreme: nõ q̃dẽ pp infirmitatẽ s; pter h qđ appropinq̃t egres/sui in quo pñt venialia pfecte curari: τ qđ illud verũ sit: patet: q: quãtũcũq3 q̃s infir/mef non daf illi sacrm hoc: nisi psumaf q moriaf: vel q sit in articulo mortis: τ si cõ/staret de q̃lo nõ dareť h sacrm. Ceterũ mo/dus curãdi veniale peccatũ in h sacro cor/rñdet mõ infirmitatis: nã veniale peccatũ grauat aiaz deprimẽdo deorsũ vt nõ ita in/tẽdat in deũ p deuotiõez τ amorẽ: p eo q ẽ ibi cõuersio quedã inordinata ad bonũ cõ/mutabile: τ p eo q amor dei ibi est minor: sic dicit Aug⁹. in li. ɔfes. τ iõ cũ curatio sit directe p ɔ̃riũ: p illud curaf qđ aiaz aggra/uatã sursum p deuotiõez eleuat: τ q: corp⁹ qđ corrũpif aggrauat aiaz: cũ illud sacrm sit ad eleuandũ aiaz p deuotionẽ: in q̃ aia recipit vigorẽ quẽdã: in q semp est delectio venialiũ si sint: τ p ɔñs repũsio molestiarũ corpaliũ si expedit ipi aie. Hinc ẽ q: sacrm illud est pncipalit ad curationẽ infirmita/tis spũalis. s. peccati venialis: τ p accidẽs est ad curationẽ vel saltẽ alleuiationẽ infir/mitatis corpalis: q: spũs ptinet τ regit cor/pus: vñ sic passiões aiales redũdant i car/nem: sm illud sapiẽtis: Spũs tristis exiccat ossa: sic nõ ẽ mirũ q trãquillaf aia τ vigo/raf ac letificaf: q h etiã redũdat in corp⁹: s. ẽ a sili: vino ebri⁹ n sentit passiões exteri⁹ illatas quẽadmodũ ille q̃ vinũ nõ gustauit de q̃ puerb. xxiij. Eris sicut dormiẽs i me/dio maris τ q̃si sopitus gubernator: amisso clauo: τ dices: Uerberauerũt me τ nõ dolui: traxerũt me τ nõ sensi: q̃n euigilabo τ rur/sus vina reperiã. Secũdo q̃ri põt q̃d sit ex/trema vnctio. Ad h rñdet Guil. i suo sacra/li: q est olei bñdicti cũ orõne verbali mate/rialis dilinitio q̃ spũalis infirmitas resisteẽ di vitijs: nec nõ corpalis ifirmitas si expe/dit eneruaf: in q̃b⁹ verbis pmo notaf q ma/teria hui⁹ sacri est oleũ bñdictũ: τ dic sctũs Tho. in. iiij. di. xxiij. q oleũ oliue τ ei⁹ ɔse/cratio sũt de necẽitate hui⁹ sacri: sic aq̃ i ba/ptismo: τ panis τ vinũ cũ aq̃ i sacro eucha/ristie. s. h requirit q̃ma ɔsecratio: cui⁹ rõnez assignat ibidẽ bonauẽ. tã ex pte istituẽtis q̃z ex pte finis: Ex pte q̃dẽ instituẽtis q̃m cũ xp̃s p semetipm instituit q̃ p semetipm ba/ptismũ τ eucharistiã sctificare potuit: iõ nõ ẽ alia pparãs ɔsecratio necẽria: s solũ facit ad solẽnitatẽ. Sz h sacrm spũssct⁹ instituit p aplos: q̃ nõ poterãt sctificare nisi p deũ: h materia nõ est simplex elementũ: s oleũ p

verbū ꝛ inuocationē seipsū ꝯsecratū: ꝛ h̄ p v̄bū epoꝝ q̄ sunt successores aplorū: vt sicut spūssanct⁹ instituit p aplos: sic etiam nūc ꝯsecret per epos. A pte finis ēt sumit rō qm̄ hic daẜ gra sanās lāguores spūales ꝛ gratia ordinās ad sanitatē pfectā q̄ ē glorie: ꝛ signari debet p oleū qđ est curatiuū rōe curationis ꝛ p oleū ꝯsecratū rōe ordinationis ad supeminentē curationē: ꝛ p oleū simplex nō mixtū: qꝛ ad ingressū in gloriā reqritur ꝛ sufficit ꝯsciētia bona: si tn̄ fieret vnctio extrēa cū chrismate: tūc fm Matẜ. in cle. pma de pulle. valeret vnctio ꝛ h̄ tenet etiā glo. xcv. di. §. ꝰ illud. Secūdo notatur ꝙ ibi debet eē forma hui⁹ sacramenti: scꝫ forma v̄boꝝ q̄ debet esse depcatoria. Vn̄ dicit Tho. in. iiij. vbi. s. ꝙ forma hui⁹ sacramēti est oratio depcatiua: dicēdo per istā vnctionē ꝛ suā pijssimā misericordiā indulgeat tibi dn̄s qcqđ deliqsti p visum ꝛc. nec oportet ꝙ sit vniformitas in verbis orōis: sed solū ꝙ sit in sensu: v̄ba aūt indicatiui modi q̄ scđm quarundā ecclīaꝝ consuetudinē pmittūẜ nō sunt de substātia sacramēti: vt pmittēdo sic: vngo hos oculos oleo sanctificato in nomie pa. ꝛ fi. ꝛ spūss. nec vtunẜ in ecclīa romana q̄ maxime vitat ea q̄ possūt eē occasio deuiādi. Et si qrẜ cur in hoc sacrameto poti⁹ est oratio de essentia ꝙ̄ in alio. Rñdet ibidē Bonauen. ꝙ ratio pncipalis est institutio. Et si queris institutiōis rationē: dici pōt ꝙ hoc habet rationē ꝯgruitatꝭ multiplicē. Prima ē ex pte suscipiētis: q̄ ꝓpter infirmitatē est destitutus ideo ē orōne releuādus. Secūda est ex pte modi curādi q̄ est p deuotionem ꝛ eleuationē anime ad spiritualia: ꝛ qꝛ ad hoc sup oīa excitat orō. Tertia est ex pte morbi: qm̄ hic fit remissio pcti interueniēte ministerio sacerdotis: ꝛ qꝛ in remissione culpe sacerdos nō se habet nisi p modum depcātis: sicut ꝛ in absolutiōe sacerdos pmittit orationē depcatoriā. Tertio notaẜ debitū tp̄s: ꝛ ideo vocaẜ extrema vnctio: qꝛ debet dari tn̄ īfirmis in extremis laborantib⁹: qbus tūc nō est aliđ remediū: eo ꝙ asperitates penitentiales sustinere non possūt: vt patet. xxvj. q. vij. c. ab infirmis. nō aūt daẜ sanis qbus p aliud sacramētū penitētie. s. plene cōsuli pōt: vt patet de pe. di. iij. c. de quottidianis. Unde notādū generaliẜ ꝙ daẜ adultis nō infantib⁹: qꝛ nō habēt infirmitatē spiritualem ꝯtractā ex peccato actuali: nec dispositionē deuotiōis habere pñt ad hoc sacramētū. Daẜ pterea solū penitētib⁹ nō obstiatis: Vn̄. xcv. di. c. illđ supfluū. subdiẜ. nā nō penitēti istđ fūdi nō pōt qꝛ gen⁹ ē sacramēti: nā qb⁹ sacramēta reliq̄ negant quō vnū gen⁹ putaẜ posse ꝯcedi. Daẜ inq̄ in piclo mortis ꝯstitut⁹ ex infirmitate nō ex alijs causis: qꝛ nō daẜ euntib⁹ ad bellū: vł nauigantib⁹ in periculo maris: nec eis q̄ mox occidēdi sūt: qꝛ talis mors nō īminet ex defectu nature ꝫ ex euētu fortune. Daẜ etiā solū petētibus: qꝛ reqrit affect⁹ deuotiōis q̄ mētē sursum erigat: ꝛ sic venialia deleat: ex q̄ relinqtur ꝙ dari nō debet freneticꝭ ꝛ amētib⁹ nisi prius in sua mēte ꝯstituti petiuissent: tūc eni dari pōt eis in amētia: nisi verisimiliẜ psumeret ꝙ facerēt irreuerētiā sacramento p aliquā imunditiā: similiẜ mutis ꝛ surdis dari debet: dūmō p aliq̄ signa deuotionē suā ōndāt ad illud recipiēdū. Ceterū oportet ꝙ hāc vnctionē faciēs sit sacerdos vł eps qꝛ fm Tho. solis sacerdotib⁹ h̄ dispēsatio tradita est: nec ali⁹ iungere pōt ēt in articulo necessitatꝭ: nec ēt religiosus dare pōt lꝫ sit sacerdos nec clerico nec laico sine speciali licētia pr̄byteri parochialꝭ: alioqn ipo facto sn̄iā excōicatiōis icurreret: dūtaxat p sedē aplicā absoluēd⁹: vt lati⁹ patet alibi. Tertio qrit pōt in quo loco debet fieri vnctio: ꝛ videẜ ꝙ in toto corpe sicꝫ in toto corpe baptizaẜ vł ēt mergiẜ si sit aq̄ sufficiens: vt sic tot⁹ hō mūdeẜ. Ad h̄ rn̄dꝫ Bonauē. vbi. s. ꝙ ex q̄ sacramētū istud pncipaliẜ ordinaẜ ad delectionē venialiū: ꝛ venialia ꝑpetrāẜ ab aīa fm ꝯiūctionē ipsius ad carnē corruptā: ꝛ hoc est p potētias per q̄s vniẜ corpi vt orgāico: ideo recte in delectiōe taliū debet medicamētū exteri⁹ adhiberi fm illđ qđ habet sensibile circa organa ipsaꝝ potētiaꝝ. Est ergo triplex potentia anime scđm quā regit corp⁹ ꝛ ei vnitur fm quā ad exteri⁹ opaẜ. s. sensitiua: generatiua: ꝓgressiua: ꝛ ideo organa ipsarū potentiaꝝ debēt inūgi: ꝛ qꝛ qnq̄ sunt organa defulētia qnq̄ sensibus. s. os: oculi: nares: aures: manus ꝓpter tactū q̄ maxie viget in palmis digitoꝝ: ideo maxime he qnq̄ ptes inunguntẜ quia sunt q̄si fenestre mortis ꝛ pme radices peccādi: ꝛ ideo solū in illis aliq̄ inunguntẜ. Quidā vero vltra hoc in renib⁹ ꝛ pedibus inunguntẜ: licet fm quosdā nō est de necessitate ꝫ tn̄ de cōgruitate: in renib⁹ aūt ꝓpter vim generatiuā vł appetitiuā: cū eni verecundū esset ex

turpe inungi genitalia: loco illoꝝ inungū/
tur lumbi: in pedibus vero fit vnctio ꝓpter
vim motiuā vel ꝓgressiuā: cui⁹ occasione
occulta mala fiunt: ⁊ si quis nō haberet ali
qua mēbra inungenda tūc debent inungi
loca magis ꝓpinqua. Quarto proinde
queri potest: ꝑsertim cū nulli sacramento
faciēda est iniuria: sed qui sacramentū hoc
iterat videt̃ illi facere iniuriam: quia iam
videret̃ ꝙ nō habuisset fidem ad primā ⁊
ꝙ crederet: quia magis valeret secūda ꝗ̄
prima: qđ esset facere iniuriā prime: vt pa/
tet. j. q. j. c. ꝙ quedā. Ad hoc dicendū ꝙ sa
cramēta que characterē imprimūt: ꝑpetuū
effectū habent: sicut character indelibilis
est: ⁊ ideo nō possunt iterari nec debent: q̄
sunt tria: baptismus: confirmatio ⁊ ordo.
Alia vero sacramēta nec characterē impri/
mūt: nec effectū ꝑpetuū habent in suscipi/
ente: cuiusmodi est extrema vnctio: ⁊ ideo
ſm Guil. iterari pōt: q: nō habet effectum
ꝑpetuū: licꝫ etiā suscipiens fuerit plene cu
ratus ⁊ sic effectū suum fuerit consecutus
quo ad corpus ⁊ quo ad animā: si tñ post/
ea incipiat infirmari cessat effectus eius: ⁊
ideo pōt denuo dari: q: iam desijt alia in/
firmitate superueniente vel ipsa in eadē reci/
diuante. Et Tho. in. iiij. dicit: ꝙ sine iniu/
ria pōt iterari: q: nō habet effectū ꝑpetuū
eo ꝙ sanitas mētis ⁊ corporis qui sunt effe/
ctus eius amitti possunt. Et licꝫ quidā di/
cant ꝙ in vna infirmitate non debet quis
bis inungi nisi vltra annū ꝓtrahat̃: ita ꝙ
nequaꝗ̄ bis in anno inungat̃ ꝓpter vnā
infirmitatē: tñ opinio tenens cōtrariū est
verior ⁊ benignior: cui⁹ opinionis ē Tho.
⁊ etiā Bonauē. qui dicūt in. iiij. ꝙ nullus
in aliqua infirmitate inungendus est nisi
ꝑsumat̃ ipsum ad exitū ꝓpinquare: ⁊ hoc
est in infirmitatis aggrauatione quē statū
natura diu sustinere nō pōt: aut eñ vincit
aut vincit̃. Si ergo infirmus vincit: ita ꝙ
diutius viuat: ⁊ si nō ꝑfecte curet̃ tamē ab
intentione morbi curat̃ aliquo mō: ⁊ ideo
quia venialia iterū redire possunt: ⁊ iterū
corporalis infirmitas aggrauat̃: potest et
debet sacramentū vnctionis aggrauari vl̃
c iterari. Denique queri pōt de effectu hui⁹
sacramēti quotuplex sit. Ad hoc dicendū
ꝙ multiplex. Nā ꝑma est sanitas duplex.
Una ꝑncipalis scꝫ liberatio ab infirmita/
te spirituali que contrahit̃ ꝑ venialia qui/
bus anima debilis efficit̃ ad exequēdum
actum gratie vl̃ glorie. Alia dicit̃ secūda/
ria que est quasi effectus ⁊ signū ꝑoris sa/
nitatis. s. sanitas corporalis: ⁊ hoc verū est
qñ sanitas corporalis expedit spūali sanita/
ti: tūc eñ indigne sumētibus istud sacra/
mentū causat vtrūq;: vtilis est eñ interdū
sanitas corporis ad meritū glorie cumulan/
dū: valet eñ ad deuotionē excitandā ⁊ ad
velociorē transitū in celū. Alius est effect⁹
eius sicut alioꝝ: ꝙ aliqñ de attrito facit cō
tritum: ita ꝙ defectus digne ꝑparationis ex
parte suscipiētis supplet̃ diuina virtute i sa/
cramētis: dūmō nō accedat sciēs i mortali
vel in ꝓposito peccādi. Nimirū cū sacra di/
cant̃ esse vasa gratie: nō ꝙ in eis grā sub/
stantialit̃ cōtineat̃ ⁊ causalit̃ efficiat̃: cum
i sola aīa collocari ⁊ a solo deo infundi ha
beat: sed q: i illis ⁊ ꝑ illa gratiā curatiōis
a summo medico xp̄o oportet hauriri: licꝫ
nō alligauerit potentiā suā sacris quin ⁊ ꝑ
alias vias gratiā suā ꝯferre valeat. dicūt̃
autē vasa grē: q: sicut qđ est in vase nō est
de ipso nec ex ipso sed cum ipso haurit̃: sic
etiā grā non est a sacramētis nec de sacris
sed ourt̃ de fonte eterno: ⁊ ex illo haurit̃ ab
anima in tp̄is sacris. Q⁹ si querit̃: vtrū ꝗ̄
sacramēta sint effectiua gratie. Respondet
Bonauē. sup. iiij. di. j. declinās ad hāc opi
nionē: ꝙ sacramēta noue legis habēt vir/
tutē aliquā effectiuā ⁊ dispositiuā ad gra/
tiā: extenso nomīe virtutis ad aliquā ordi
nationē: vt qñ aliquē habet efficacē ordi/
nationē ad aliqđ: dicit̃ habere virtutē re/
spectu illi⁹. Exempli gratia: rex statuit ꝙ
qui habet tale signū habeat centū libras.
post illā institutionē signū illud nō habet
ꝓprietatē absolutā quā nō haberet ꝑus: ad
aliquid tñ est ordinatū ad qđ nō erat ꝑus:
⁊ quia habet efficacē ordinatiōꝫ: dicit̃ ha/
bere virtutē vt faciat aliquē habere centū
libras: ⁊ dicit̃ illud signum valere centū li
bras: ⁊ tamē nihil habet de bonitate nunc
plus ꝗ̄ ꝑus. sic sacramēta sunt talia signa
a deo instituta: vt qui ea susceperint debi/
to modo tantū habeant de gratia vel ha/
bebūt gratiā ad hunc actū. Illa tñ ꝗ̄ ordi/
natio efficax virtus est sacramēti: ⁊ ratiōe
illius disponit hominē vt habeat gratiā:
quia ex tali pactiōe se quodāmodo domi/
nus astrinxit ad dandā gratiā digne susci/
piēti sacramentū: sicq; cogit quodāmodo
deū ad conferendū gratiā: ⁊ sic dicit̃ habe
re virtutē ad efficiendū ⁊ etiā disponendū
ad gratiam: non influendo sed efficaciter
ordinando: ⁊ sic habēt efficaciā sacramēta

ꝑ assistentiā diuine virtutis que est causa gratie: ⁊ ꝑ fidem ⁊ deuotionē suscipiētis q̄ disponit ad gratiā. Sicut a simili: Naamā ad xbū Helizei se lauāti diuina virtꝰ assistit sanitatis effectiua: ⁊ deuotio ac obediētia naaman dispositiua: nlla tn̄ causalitas fuit nec ī verbo helizei nec in aqua iordanis. Si ergo dominus sic instituisset ꝙ ad verbū helizei nō solū naaman sed et ceteri accedētes curarent: ⁊ hoc ex quadam pactione: ita ꝙ semꝑ assisteret vis diuina: a q̄ illa diceret curare ⁊ sanare leprā ⁊ esse causa curatiōis: haberetqꝫ virtutē curandi: sic est in sacramētis ꝙ ad ꝓlationē verbi: assistit diuina virtus materie ipsius sacramēti ⁊ infundit gratiā ac cōfert sacramētis efficatiā: dū se subijcit homo ꝑ fidei ꝓfessionē ⁊ obedientiā. Ad laudē dei.

De peccato suꝑbie ⁊ eius speciebus ac gradibꝰ: ⁊ de gradibꝰ humilitatis: Sermo XIX

Non facies omnē similitudinē que est in celo desuꝑ ⁊ que in terra deorsum: nec eorū que sunt in aquis. Exod. xx. In quibꝰ verbis tertia ꝑticula primi ꝓcepti cōtinet: in qua prohibent omnes ꝑuerse creaturarū appreciatiões.

A Pro quo sciendū ꝙ oīs appreciatio ꝑuersa creaturarū ꝓcedit: aut ex sublimitate qđ ꝑtinet ad idolatriā suꝑborꝫ. colit enī suꝑbus similitūdinē celestiū: qꝛ suꝑ omnia ꝓferri diligit: aut ex cupiditate qđ ꝑtinet ad idolatriam cupidorū: qꝛ cupidus colit similitudinē terrestriū: eo ꝙ suꝑ omnia ditari diligit. Colos. iij. Auaritia est idolorū seruitus: aut deniqꝫ ex delectatione qđ ꝑtinet ad idolatriā lasciuorū: eo ꝙ lasciuus in delicijs huiꝰ mūdi super omnia delectari diligit que sunt fluxibiles instar aquarū. Phil. iij. Quorꝫ deus venter est ⁊ gloria ⁊c. verūtamē omissis duobus vltimis h̄ loco de p̄mo ꝓsequēdū esse reor: qꝛ suꝑbia erat causa prima idolatrie tam in homine q̄ꝫ in angelo: cum vterqꝫ similis esse voluit altissimo: nisi forte mētitum asseras qui dixit. ij. Thes. ij. Qui extollit ⁊ aduersat suꝑ omne qđ dicit deus aut qđ colit. ⁊ Gregꝰ. Apostate angelo similis efficit homo: dum hominibꝰ similis esse dedignat. Est enī superbia amor ꝓprie excellētie qua homo alta cupit: seipm̄ altū reputat: ⁊ ab alijs reputari volens ⁊ alios ꝓcellere. Unde Gregꝰ. xxxj. moral. Ponit suꝑbiā omniū vitiorū reginā: ⁊ nō vitium capitale: qꝛ importat inordinatū appetitū excellentie: ex omni autē bono qđ q̄s appetit siue sit vtile: delectabile: vel honestum quādam ꝑfectionē ⁊ excellentiā cōsequit: ⁊ ideo fines omniū vitiorum ordinant ad finē suꝑbie: vt dicit Tho. scđa 2e. q. cxxxij. ⁊ ꝓpter hoc videt ꝙ habeat quādā generalē causalitatē suꝑ alia vitia: ⁊ nō debeat reputari inter specialia vitiorū ꝑncipia q̄ sunt vitia capitalia: sed inanē gloriā q̄ immediate ab ipa orit. Ponit Gregꝰ. capitale vitiū ⁊ hoc rōnabiliter: qꝛ inter bona q̄ per excellentiā hō cōsequit: ad hoc ꝑcipue videt opari gloria inquātū importat manifestationē bonitatis alicuiꝰ. nam bonū naturaliter amat ⁊ honorat ab omnibꝰ: ⁊ ideo sicut ꝑ gloriā q̄ est apud deū homo cōsequit excellentiā q̄ est in diuinis rebus: sic etiā ꝑ gloriā hoīm: hō cōsequit excellētiā in rebus hūanis: ⁊ ideo ꝓpter ꝓpinquitatē ad excellentiā quā homies maxie desiderāt: cōsequēs est ꝙ sit multū appetibilis: ⁊ ꝙ ex eiꝰ inordinato appetitu mlta vitia oriunt: ⁊ sic inanis gloria est vitiū capitale. suꝑbia xo nō solū capitale sed regina omniū vitiorū: regina inquā luciferi ⁊ corona detestabilis omniū damnādorꝫ: vt dr̄ Eccl. x. Initiū oīs peccati suꝑbia. Quod ostendit sanctꝰ Tho. scđa 2e. clxiij. dicens: ꝙ ad vnū peccatū multi motus cōcurrere possunt: inter quos ille rōnem habet p̄mi peccati: in quo p̄mo reperit inordinatio. Manifestū est autē ꝙ inordinatio p̄mo reperit in motu interiori aīe q̄ꝫ in actu exteriori corporis: qꝛ s̄m Aug. j. de ciui. dei. non amittit corporis sanctitas manēte aīe sanctitate: inter motus aūt interiores p̄us mouet appetitus in finem q̄ꝫ in id qđ requirit ꝓpter finē: ideo ibi fuit p̄mū peccatū hominis vbi potuit esse p̄mus appetitus inordinati finis. sic autem homo erat in statu innocētie institutus ꝙ nulla rebellio carnis esset ad spiritū: ⁊ ideo nō potuit esse p̄ma inordinatio appetitus hūani: ⁊ hoc ꝙ appetierit aliqđ sensibile bonum in qđ carnis cōcupiscētia tenderet ꝓter ordinē rationis: relinquit h̄ ꝙ p̄ma inordinatio appetitus hūani fuit ex h̄ ꝙ inordinate appetijt aliqđ spūale: nō aūt appetiuisset inordinate appetēdo illud s̄m mēsurā ex diuina reglā ꝓstitutā. Relinquit h̄ ꝙ p̄mū peccatū eiꝰ fuit in hoc ꝙ appetijt aliqđ spūale bonum

supra suã mẽsurã qđ ptinet ad supbiã: ꝛ sic primũ hominis peccatũ fuit supbia: a q̃ oĩa vitia sumpserũt exordia. Unde Gregorius xxxiiij. moral. Supbia nequaq̃ est vnius virtutis extinctiõe cõtenta: sed p cũcta aĩe mẽbra se erigit: ꝛ quasi generalis pestifer morbus omne corp⁹ corrũpit: ꝛ sic patet q habet quãdam generalitatẽ ad extirpatio/nem omniũ virtutuz ꝛ insertionem omniũ vitiorum inquãtum alia peccata ordinant ad finem superbie ad quã potest ordinari omne id qđ inordinate quis appetit: ꝛ in/quãtuz p supbiã cõtemnit diuinã legẽ per quã ꝓhiberet a peccando: ꝛ inquãtũ fuit supbia exordiũ omniũ vitioꝝ tam in ange/
B lo apostata q̃ in hoīe. Preterea dicit Greg⁹. xxiij. moral. quattuor quippe sunt species quib⁹ oĩs tumor arrogãtie demon/strat: cum bonũ aut a semetipsis habere se esti/mant: aut si sibi datũ desup credunt p suis hoc accepisse se meritis putãt: aut cum ia/ctant se habere qđ nõ habẽt: aut despectis ceteris singulariter videri appetũt qđ ha/bent. In quib⁹ verbis innuit quattuor esse species supbie: quas ita declarat sanctus Tho. scđa 2ᵉ. q. clxij. dicens: q supbia im/portat inordinatũ appetitũ excellẽtie: qui scz nõ est fm ratione rectã. Est ẽ cõsiderã/dum q quelibet excellẽtia cõsequit aliqđ bonũ habitũ: qđ quidẽ pñt cõsiderari tri/pliciter. Primo modo fm se: manifestũ est eñi q quãtomagis est bonum qđ quis ha/bet: tanto p hoc maiorẽ excellentiã conse/quit: ꝛ ideo cũ aliquis attribuit sibi mai⁹ bonũ q̃ habeat: cõsequẽs est q eius appe/titus tendit in excellentiã ꝓpriã vltra mo/dum sibi cõuenientẽ: ꝛ sic est tertia supbie species: cũ scz iactat se q̃s habere qđ nõ ha/bet: qđ ascribit pñt pharisco q orauit Luc. xviij. Gratias tibi ago: q nõ sum sicut ce/teri hominũ. Secũdo ex pte cause ꝓut ex/cellẽtius est q aliqđ bonũ insit alicui a se/ipso q̃ q insit ei ab alio: ꝛ ideo cũ aliquis estimat bonũ qđ habet ab alio ac si habe/ret a seipso: fert p cõsequẽs eius appetit⁹ i ꝓpriã excellentiã supra suum modũ. Pro quo sciendũ q aliqs dupliciẽ est causa sui boni. Primo efficiẽter: ꝛ fm h̃ sumit pri/ma species. s. q a semetipso q̃s estimat ha/bere qđ habet a deo: quales increpat apo/stolus. j. Cor. iiij. dicẽs: Quid habes qđ nõ accepisti? si aũt accepisti q̃re gloriaris q̃si nõ acceperis. Unđ d̃ns distulit vindictã filioꝝ isrl: vt d̃r in cãtic. Deut. xxxij. Ne sa pbirẽt hostes eoꝝ ꝛ dicerẽt: man⁹ nr̃a excel/sa ꝛ nõ d̃ns fecit h̃ oĩa. Uel licz sciat a deo se recepisse tñ ꝓprijs meritꝭ sibi datã credit desup: ꝛ illa ẽ secũda spẽs supbie. Tertio ex pte modi hñdi ꝓut excellentior: q̃s red/dit ex h̃ q aliqđ bonũ ceteris excellẽtius possidet: ꝛ ex h̃ inordinate fert ei⁹ appetit⁹ in ꝓpriã excellẽtiã: ꝛ fm hoc sumit quarta spẽs supbie q̃ est qñ q̃s ceteris despectis sin/gularit vult videri: sic aman supbissim⁹: vt pz in Hester. Hic q̃ri pñt: vtrũ supbia sit peccatũ mortale: p̃sertim cũ sup illđ p̃s. Deus me⁹ si feci istud: dicit glo. vle petm̃ qđ ẽ supbia: si ẽ supbia esset petm̃ mortale tũc oĩe peccatũ est mortale. Ad h̃ dicẽ san/ctus Tho. ibidẽ: q supbia hũilitati oppo/nit: hũilitas aũt ꝓprie respicit subiectionẽ hoĩs ad deũ: iuxͣ illud: Hũiliamini sub potẽ 1. Pe. 5
ti manu dei: ꝛ ecõtra supbia ꝓprie respicit defectũ hui⁹ subiectionis: fm. s. q aliq̃s se extollit supra id qđ ẽ sibi p̃fixũ fm diuinã regulã vl mẽsurã: ꝯ id qđ dicẽ aplus: Nos aũt nõ in imensum gliamur s fm mensurã quã mẽsus est nobis de⁹. ꝛ ideo d̃r Eccĩ. x. q initiũ supbie hoĩs ẽ apostatare a deo: ẽ in h̃ radix supbie cõsiderat q hõ aliq̃liter nõ subdit deo ꝛ regule ipi⁹: manifestũ est aũt q nõ subijci deo: hz rõnẽ peccati mor/talis: q: h̃ est auerti a deo qđ est formale ꝛ ꝯpletiuũ peccati: vñ ex pte auersiõis a deo habet maximã grauitatẽ peccati: q: i alijs peccatis hõ auertit a deo: vel ꝓpter igno/rantiam: vel ꝓpter infirmitatẽ: vel ꝓpter desideriũ cuiuscũq bonũ alteri⁹: s supbia habet auersionem a deo: ex hoc ip̃o q non vult deo ꝛ eius regule subijci. Uñ Boeti⁹ dicit: q cũ oĩa vitia a deo fugiãt: sola sup/bia se deo opponit. Hinc Iaco. iiij. dicit: q deus supbis resistit. ꝛ Greg⁹. in moral. euĩ/dẽtissimũ signũ reproboꝝ est supbia: ꝛ ecõ/tra hũilitas electorũ. Cũ igit auerti a deo ꝛ eius p̃ceptis qđ est quasi ꝯsequẽs i alijs peccatis: p se ad supbiã ptinet: cui⁹ act⁹ est cõtempt⁹ dei: ꝛ id qđ est p se semp est poti⁹ eo q est p aliud: cõsequẽs est q supbia sit grauissimũ peccatoꝝ fm genus suũ: sic tñ in alijs q̃ ex suo genere sunt mortalia: puta in fornicatiõe ꝛ adulterio sunt aliq̃ motus q sunt peccata venialia ꝓpter eorũ impfe/ctionẽ: q: scz p̃ueniũt rõnis iudiciũ: ꝛ sunt p̃ter ei⁹ cõsensum: sic etiã circa supbiã acci/dit q aliq̃ mot⁹ supbie sũt petã venialia dũ eis ratio nõ consentit: ꝛ qđ dictũ est supra: q supbia est vle peccatũ: hoc nõ intelligit

fm suã essentiã: sed p quãdã redundantiam inq̃tũ scʒ ex supbia possunt oriri omnia peccata. Nec sequit̃ q̃ oĩa peccata sunt mortalia: sed solũ q̃ñ oriunt̃ ex supbia. Or si obijcit̃ q̃to peccatũ aliqd̃ difficili⁹ cauetur: tanto videt̃ esse leuius: sed supbia difficilime cauet̃: q: sicut Aug⁹. in regula dicit: Cetera peccata in malis operib⁹ exercent̃ vt fiãt: supbia vero bonis operib⁹ insidiat̃ vt pereãt. Ad hoc r̃ndet Tho. vbi s̃. q̃ peccatũ aliqd̃ difficile cauet̃ dupliciť: Uno modo ꝓpter vehemẽtiã ĩpugnatiõis sicut ira vehementer ĩpugnat ꝓpter suũ impetũ: ⁊ adhuc difficilius est resistere cõcupiscentie ꝓpter eius cõnaturalitatẽ: vt dicit̃ in. ij. Ethicoꝝ. ⁊ talis difficultas vitandi peccatũ peccati grauitatẽ diminuit: q̃a q̃to quis minoris impugnationis impetu cadit tãto grauius peccat: vt dicit Aug⁹. Alio modo difficile est vitare aliqd̃ peccatum ꝓpter ei⁹ latẽtiã: ⁊ hoc modo superbiã difficile est vitare: quia ex ipsis bonis occasionẽ sumit: ⁊ ideo signant̃ dicit Augustinus q̃ bonis opib⁹ ĩsidiat̃. Et in ps̃. dr̃: In via hac q̃ ãbulabã abscõderũt supbi laq̃ũ mihi: ⁊ ideo supbia surrepẽs occulte nõ habet maximã grauitatẽ anteq̃ p iudiciũ rationis dep̃hendat̃: sed postq̃ deprehensa fuerit p rõnẽ tunc facile euitat̃: tum ex cõsideratiõe ꝓprie infirmitatis fm illd̃ Eccliasti. x. Quid supbis terra ⁊ cinis: tũ etiã ex cõsideratiõe diuine magnitudinis fm illud Job. xv. Quid tumet cõtra deũ spiritus tuus: tũ etiã ex ĩperfectiõe bonorũ de q̃bus supbit Esa. lxiiij. Quasi pannus menstruate omnes iusticie nr̃e: ⁊ ps̃. Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe: q: nõ iusti. in ↄspe. tuo om. viuẽs. Et ideo si tunc nõ resistit̃ deterior est omni vitio: Uñ Jsido. de summo bono dic̃: omni vitio deteriorẽ esse supbiã: seu ꝓpter quod a summis ꝑsonis ⁊ primis assumit̃ seu qd̃ de opere iusticie ⁊ virtutis exorit̃ minusq̃ culpa eius sẽtit̃: nã labes est tã detestãda q̃ dominus hominẽ in alia scãdalosa pctã labi ꝑmittit: vt vł sic supbiaʒ eius curet: Unde Aug⁹. xiiij. de ci. dei. dicit: Audeo dicere supbis vtile esse cadere in aliqd̃ apertũ et mãifestũ peccatũ: vñ sibi displiceãt q̃ iam sibi placẽdo ceciderũt: salubri⁹ eñ petrus displicuit q̃ñ fleuit q̃ sibi placuit q̃ñ ꝑsumsit: hoc dicit ⁊ sacer ps. Jmple facies eorũ ignominia ⁊ querent nomen tuũ dñe. Sic plerũq̃ labi ꝑmittit supbiã in luxuriam q̃ notabilis omnibus est: quoniã p se statim turpis ẽ ⁊ tñ dispẽsante deo supbia maior: sed qui detinet̃ supbia ⁊ nõ sentit labit̃ in carnis luxuriã: vt p hanc humiliatus a cõfusione exurgat: Unde sicut medicus sapiens in remediũ maioris morbi patit̃ infirmũ leuiorẽ morbũ incidere: sic etiã supbie peccatũ grauius esse ostendit̃ ex hoc ipso q̃ p eius remedio deus ꝑmittit hominem in alia peccata ruere. hec Tho. vbi supra.

C Denicq̃ queri põt quot sunt gradus supbie. Ad hoc r̃ndet cõpẽdium theologie li. iij. c. xv. q̃ fm Berñ. xij. sunt quoꝝ numerus sic accipit̃: nã sex primi gradus determinant̃ fm iniuriã ꝓximi cui par esse debet: quattuor alij determiãnt̃ fm iniuriã q̃ fit homini supiori: ⁊ duo vltimi determinant̃ q̃tũ ad iniuriã que deo fit ĩmediate hoc ideo dicimus: q: ⁊ supiores gradus in deũ redundant sed mediãte ꝓximo: ⁊ vocant̃ gradus: q: fit a minori ꝑgressus vsq̃ ad maius: nã iniuria que est respectu paris est minor: illa vero que ẽ respectu superioris est maior: ⁊ illa q̃ est respectu dei est maxima: ⁊ hos gradus ponit Berñ. in lib. de gradibus hũilitatis p oppositũ ↄtra. xij. grad⁹ humilitatis q̃ ponunt̃ in regła beati Benedicti. Primus gradus supbie vergens in iniuriã ꝓximi ẽ curiositas: p quã aliq̃s curiose ⁊ inordinate vbiq̃ circũspicit: Unde Grego. xxxiiij. mora. Supbia cũ exterius vsq̃ ad corpus extendit̃ prius p oculos indicat̃. hinc ps̃. Dñe nõ est exaltatũ cor meũ ⁊c̃. Et eccł. xxiij. orat dicens: Extollẽtiã oculoꝝ ne dederis mihi: nec solã signũ est supbie sed ⁊ inuerecũdie: ꝑsertim in mulierib⁹ ⁊ iuuenib⁹: Unde Eccł. xxvij. Fornicatio mulieꝝ ĩ extollẽtia oculoꝝ ⁊ in palpebris eius cognoscit̃: cui opponit̃ in regula beati Benedicti prim⁹ gradus humilitatis: qui est corde ⁊ corpore sẽper humilitatẽ ostẽdere defixis in terram aspectib⁹: nõ tñ q̃ virtus aliq̃ ↄsistat in exteriorib⁹ exhibitionib⁹: sed principalit̃ in interiori electione mẽtis: vt patʒ p pħm in ii. Ethicoꝝ: ⁊ ideo virtus humilitatis ꝓprie cõsistit in interiori motu: quẽ si nõ sentit frustra in exterioribus ostẽdit: q: vt dicitur Eccł. xix. est qui nequit̃ se humiliat: ⁊ interiora eius plena sunt dolo. Secund⁹ gradus est leuitas mẽtis fm quã homo superbe se habet in verbis: ꝓmptus ad contentiões defendendo ꝑtẽ suam: Unde cõtentio ponit̃ filia ianis glorie a beato Gre

go. xxxi. moral. de qua videbitur in sequen tib⁹. Contra quā pōnit secūdus grad⁹ humilitatis: scz vt pauca verba ꝛ rationabilia quis loquatur: nō clamorosa voce: ꝓsertim inter maiores: sapientiores ꝛ seniores: nec excedat modum in loquēdo. Eccl. xix. Qui odit loquacitatē extinguit maliciā: sicut econtra in multiloquio nō deerit peccatū: ꝛ vir linguosus nō dirigetur in terra. Tertius gradus est inepta leticia: ꝛ intelligitur de vaga leticia ꝛ icōposita: ꝓsertim in risu ꝛ chachinno: ꝛ generaliter in omnibus que ꝑtinēt ad inepte leticie signa in diuersis leuitatis gestibus. Ecclesiasti. xxi. Fatuus in risu exaltat vocē suā: vir aūt sapiens vix tacite ridebit. Inepta vero leticia filia est gule: vbi de ea plenius videbitur: Cōtra quā pōitur tertius grad⁹ humilitatis: scz vt nō sit facilis aut ꝓmpt⁹ in risu: nec mireris ꝙ supbia se cunctis gradibus humilitatis opponit. Quia dicit Grego. xxxiij. mora. ꝙ supbia nequaꝗ̄ ē vnius virtutis extinctiōe cōtenta: ꝫ per cuncta anime mēbra se erigit: ꝛ quasi generalis ꝛ pestifer morbus corpus om̄e corrūpit: ꝛ ideo dicit Isid. Q̄ superbia est ruina omniū virtutū: inq̄tū scz abutitur ipis virtutibus ex ipsis sumēs occasionē supbiēdi: sicut et q̄buslibet alijs rebus ad extollentiā ꝑtinētibus. Quartus gradus est iactātia: q̄ scz verbis se conatur extollere: ꝛ ꝓcedit ex supbia sicut ex causa interius motiua impellēte. Ex hoc eni ꝙ interius supra se ꝑ arrogātiā eleuatur: ꝯtingit plerūq; ꝙ exterius maiora quedā de se iactat: sicut Luc. xviij. de se phariseus dicit: nō sum sicut ceteri hominū. Cōtra quē pōitur quartus grad⁹ humilitatis: q̄ est taciturnitas vsq; ad interrogationē: nec ꝑueniat tēpus loq̄ndi sicut ꝯsulit Ecclia
sti. xxxij. dicēs: Adolescēs loquere in causa tua vix cū necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris habeat caput responsū tuū. Quintus grad⁹ est singularitas: cū scz q̄s in suis operib⁹ vel ꝯuersatione recedit a via cōmuni: quā sancti patres instituerūt: quo scz quis apparere sanctior vult ceteris: q: q̄ facit q̄d nemo miratur omnes. Hec est fera pessima q̄ vineā sacre religiōis plurimū deuastat. iuxta illō ps. Et singularis ferus depastus est eā. Et potest dici nouitatū ꝓsumptio: que sectatur facta quidē vera: sed habentia quādā ammirationē: per que nititur ostēdere ꝓpriā excellentiā vel sanctitatē. Cōtra quā pōit quintū gradū humilitatis qui est tenere q̄d habet cōmunis regula monasterij. Sext⁹ gradus est arrogantia: per quā quis se ꝓfert alijs in corde. Cōtra quā ponitur sext⁹ gradus humilitatis qui est se credere ꝛ ꝓnunciare cunctis viliorē. Septimus est ꝓsumptio ꝑ quā se aliq̄s reputat se sufficientem ad maiora: Contra quā ponitur septim⁹ grad⁹ hūilitatis: q̄ ē ad oīa se inutilē ꝛ idignū ꝯfiteri ꝛ credere: sicut Moyses a dn̄o vocat⁹ i ducē isrl. Exo. iij. se excusauit. Octauus ē excusatio vel defēsio peccatoꝝ: q̄d ferēs in se ps. dicēs: Nō declines cor me. in ver. ma. ad ex. ꝛc. Contra quam ponitur octauus gradus humilitatis q̄ est ꝯfessio peccatoꝝ nō ficta: cū scz ab alijs reprehendit: Unde ꝓsequitur ps. Corripiet me iustus ꝛc. Nonus est simulata confessio: per quā scz aliquis nō vult subire penā pro peccatis q̄ simulate confitetur. Contra quā ponitur in duris ꝛ asperis ꝓ obedientia patientiā amplecti. Decimus est rebellio: scz contra superiorē: cui opponitur obedientia qua regulat voluntatē suā scd̄m superioris arbitrium. Undecimus est libertas per quā homo delectatur libere facere q̄d vult: cui opponitur vndecimus gradus humilitatis qui est ꝙ homo nō delectatur facere ꝓpriā voluntatē. Duodecimus est ꝯsuetudo peccandi que implicat dei contēptū: cui opponitur timor dei quo memor est omniū q̄ ꝓcepit deus. Ad laudē eius ꝛc.

De eminentia virtutis humilitatis: ꝛ qualiter hūiliare sit actus facilior: Sermo XX

Non facias omnem similitudinē ꝛc. Ad maiorē autē euidentiā dictoꝝ graduū tā humilitatis q̄ꝫ etiā superbie. Primo queri potest vtrū humilitas sit maxima vel potentissima virtutū: ꝓsertim cū dicat Aug⁹. in li. de vera religiōe: ꝙ tota vita christi in terris ꝑ hominē quē suscipere dignatus est disciplina morū fuit: ꝫ christus ꝑcipue suā humilitatē proposuit imitādā dicens: Mat. xi. Discite a me ꝛc. Hinc etiā dicit abbas Effrem. Fili pre omnib⁹ humilitatē stude q̄d est omniū virtutū sublimius: vt ad ꝑfectionis fastigiū possis cōscēdere: cūcte eni institutiones nō aliter nisi per humilitatē implentur ꝛ multorū tēporū labores per su

perbiā in nihilū reputabunt. Vir humilis deo est similis et templo pectoris sui gestat eū: superbus autē cū deo sit odibilis diabolo est similis. hec ille. Ad hoc respōdet sanctus Tho. secūda. 2e. q. clxj. Qz bonū humane virtutis in ordine rationis consistit: que principaliter attendit respectu finis: et ideo virtutes theologice que finem vltimū habent pro obiecto sunt potissime. Secundario vero attendit put scdm rationē finis ordinant ea que sunt ad finem: et hec ordinatio consistit essentialiter in ipsa ratione ordinante: participatiue vero in appetitu p rationē ordinato: quā quidē ordinationē vniuersaliter facit iusticia presertim legalis: humilitas autē facit hominē ordinationi bene subiectū in vniuersali quantum ad omnia: quelibet vero alia virtus quantū ad aliquā materiā specialē. Et ideo post virtutes theologicas et virtutes intellectuales: que respiciunt ipsam rationē: et post iusticiā precipue legalē potior est ceteris humilitas. Ideo tñ christus pre ceteris virtutibus humilitatē nobis cōmendauit: qz p eā maxime remouet impedimentū humane salutis: que consistit in hoc q quis ad celestia et spiritualia tendit: a quibus impedit dū in terrenis magnificari studet. Hinc dñs vt decent impedimentum salutis auferret exteriorē celsitudinē cōtēnendā p humilitatis exēpla monstrauit. Et sic humilitas est quasi quedā dispositio ad liberū accessū hominis in spiritualia et diuina bona. Sicut igitur perfectio potior ē dispositione: sic charitas et alie virtutes quibus homo directe mouet in deū potiores sunt humilitate. Nihilominus tñ humilitas inter omnes virtutes laude dignissima predicat: singulariter dicente Bern. in epla quadā. Qz nulla splendidior gēma in omni precipue ornatu summi pontificis quā humilitas: nempe si amittatur illa: virtutū aggregatio nō nisi ruina est. Et ad hoc possunt sex rationes assignari. Prima est: qz humilitas est vnicū fundamentū omniū virtutū: sine quo nullū edificiū spirituale potest erigi: de quo dicit Ioh. cassi. li. xij. de spiritu superbie. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura consurgere: nisi prius iactata fuerint vere humilitatis in corde nostro fundamenta: que firmissime collocata perfectionis et charitatis culmē valeant sustinere. Sine qua etiā humilitate nec purgatio peccatorum: nec emendatio morum: nec cōsummatio virtutū poterit cōprehēdi. hec ille. Et Aug. de ver. do. Cogitas magnā fabricam construere celsitudinis: de fundamēto prius cogita humilitatis: de quo etiā fundamento Tho. vbi supra lucidius declarat dicens: Qz sicut ordinata virtutū cōgregatio p quādā similitudinē edificationi cōparat: sic etiā id qd est principiū in acquisitione virtutū fundamento cōparat: quod primum in edificio iacit. Virtutes autē a deo vere infundunt: primū igit in acquisitione virtutū accipi potest dupliciter. Uno modo p modū remouentis prohibēs: et sic humilitas primū locū tenet inquantū superbiā expellit: cui deus resistit et prebet hominē subditum et supra patulū ad suscipiendū influxū diuine gratie: inquantū euacuat inflationē superbie: qz dicit Iaco. iiij. Deus superbis resistit humilibus aūt dat gratiā: et scdm hoc humilitas dicit spūalis edificij fundamētum. Alio modo est aliquid primū in virtutibus directe: per qd scz iam ad deū acceditur: primus aūt accessus ad deū est fides: scdm illud ad Hebre. xj. Accedentem ad deū oportet credere: et scdm hoc fides ponit fundamentū nobiliori modo quā humilitas. Secunda ratio est: quia humilitas non solum est fundamentū sed etiā radix virtutum sine qua radice omnis virtus arescit: Unde grego. xxvij. mora. Quia enī origo omnium virtutū humilitas est: illa ī nobis virtus veraciter pullulat: que in radice propria id est in humilitate perdurat: a qua nimirū si abscidit arescit: qz viuificantē se in intimis humorem charitatis perdit. Pro quo sciendū scdm naturales qd os facit in animalis corpore: hoc facit radix ī corpore arboris vel herbe: nā qd sibi cōueniēs est attrahit de humore et attractū p poros quasi p venas transmittit ad nutrimentū plāte. Et licet vtriusq arboris et plante radix est pars despectior: tñ vtriusq mater est et nutrix. Sic etiā humilitas ceteris virtutibus despectior mater est et nutrix omniū virtutū. Qd si quaeris que sit radix et nutrix humilitatis Rñdet tho. vbi. s. Qz humilitas essentialiter in appetitu cōsistit fm q aliquis refrenat impetū animi sui ne inordinate tendat in magna sed regulā habet in cognitiōe vt scz aliquis nō se existimet esse sup id qd ē et vtriusq primum principiū et radix est reuerētia quā quis interius habet ad deū quod se totaliter subijcit deo: et propter deū etiā alijs humiliando se subijcit. Et hec radix humi

lis subministrat humorē diuine gratie: q2
humilib⁹ dat gratiā: Unde Aug⁹. dicit. Si
humilis ⁊ quiet⁹ nō fueris non poteris in te
habere gratiā scīspūs: subministrat insup
succū charitatis: q2 scdm Aug⁹. Dū mens
humana humilitati innitit: pfecto ipsa in
amore celestiū inflammat: i facit eā i ani/
mam charitatē sicut cera filū: Unde Aug⁹.
Quāto sumus a tumore supbie inaniores tā/
to sumus dilectiōe pleniores. Tertia ra/
tio est quia humilitas ē via q̄ ducit ad pa/
triā per veritatis agnitionē ⁊ inhesionez.
Unde Bern. de gradib⁹ humilitatis. Ego sū
inqt via veritas ⁊ vita. Uiā dicit humili/
tatē q̄ ducit ad vitatē: altera labor: altera
fructus laboris est: ⁊ hāc viā imitari docu
it cū dixit: Discite a me q2 mitis sū ⁊ humi
lis corde. Unde Aug⁹. sup Johēm. Excelsa
est patria humilis est via: q̄ q̄ querit patri/
am q̄d recuset viā: ambula igit p christi hu/
militatē vt venias ad ei⁹ eternitatē: vis ca
pere dei celsitudinē pri⁹ cape ei⁹ humilita/
tē: altus est de⁹: si te erigeas nō tāges illū:
si te humilias descēdit ad te. h̄ ille. Quali
ter aūt hūilitas attingit vitatē: ostēdit ab/
bas Moyses in collatiōib⁹ patrū dicēs: Ue
ra discretio nō nisi vera hūilitate acqrit: cu/
ius hūilitatis h̄ erit pma pbatio. Si vniuer
sa nō solū q̄ agēda sūt: s; et q̄ cogitāt reser/
uant seniorū examinatiōi: vt nihil q̄s suo iu
dicio credēs illorū p oia diffinitiōib⁹ acq̄e/
scat: ⁊ q̄d bonū vl malū debeat iudicare eo
rū traditiōe cognoscat. h̄ ille. Et q̄b⁹ ꝯclu
dit q vera hūilitas ꝯfert experimentalē di/
scretionē vtutū ⁊ vitiorū: q̄ nō solū residet
in itellectu s; et i affectu: q̄tū ad seqlā oīs
boni ⁊ fugā oīs mali. Quarta rō est: q2
hūilitas ē caput oīm vtutū. Dicit enī Aug.
q hūilitas ē caput oīm vtutū: ⁊ obtinet p
matū ⁊ pncipatū ceterarū tāq̄ ipsarū ꝯserua/
trix: in eo q ipsa ē pseuerātie ꝑtic coadiu/
trix. h̄ ille. Caput enī fm Isid. dictū est ab
accipiēdo: eo q oēs sēsus ⁊ nerui inde initi
um capiūt: ē enī caput nobili⁹ oib⁹ mēbris:
vtpote gubernaculū toti⁹ corpis existens:
influēs illi pfectionē sue vtut⁹ ad pagēdas
suas sensibiles actiōes: sic et hūilitas ope/
rib⁹ vtuosis ⁊ vtutib⁹ influit pfectionem
deificate itētiōis: ac gustū experimētalē spi/
ritualis agnitiōis ⁊ ꝯsolatiōis: Unde dñs in
euāge. Confiteor tibi dñe pat celi ⁊ tre: q̄a
abscōdisti hec. haud dubiū q̄n secreta expi
mēta vitat⁹ a sapiētib⁹ ⁊ prudētib⁹. i. sup/
bis: ⁊ reuelasti ea puul. i. hūilib⁹. Quinta
rō ē: q2 hūilitas nos pmo deo gratos effic̄
⁊ mētē nrāz ad celestia ꝯtēplāda ac p amo
rē amplectēda efficacit illumiat ⁊ iflāmat:
Unde q̄tū ad pmū dic̄ Aug. q nihil nos ita
gratos efficit deo sicut hūilitas: ⁊ ideo respe
xit de⁹ hūilitatē ancille sue: Unde fm Bern.
placuit q2 vgo: s; ꝯcepit q2 hūilis: ⁊ iterū
audeo dicere Sine hūilitate nec marie vgi
nitas placuisset. Quātū vo ad scdz ⁊ tciū di
cit Richard⁹ de scō vic. Ipsa nāq̄ hūilitas
sola ē q̄ mētē diuio accēdit lumie celesti q̄z
iflāmat desiderio ⁊ amore. Q2 si obijcis et
multos supbos illustratos eē lumine sciētie
dicēte aplo. Scia iflat: charitas aūt edifi/
cat. Ad h̄ rñdet Tho. scdā. 2e. q. clxij. expo
nēs illd Greg. xxxj. mora. Obstaculū vita/
tis tumor mēt⁹ ē: q2 dū iflat obnubilat Du
plex inqt ē cognitio vitat⁹. Una ē pure spe
culatiua: ⁊ hāc idirectē supbia ipedit. s. cāz
sbtrahēdo: supb⁹ enī neq̄ deo suū itellectū
sbijcit vt ab eo vitat⁹ cognitiōez pcipiat fz
illd Mat. xj. Abscōdisti h̄ a sa. ⁊ pru. i. su/
pbis q̄ sibi sapiētes ⁊ prudētes vidēt: ⁊ re
uelasti ea puul. i. hūilib⁹: neq̄ ēt ab hoib⁹
addiscere dignāt: cū tñ Eccl. vj. dicat: Si
iclinaueris aurē tuā. s. hūilit audiēdo ac/
cipies doctrinā: q si post adeptā sciētiā vl
sapiam q̄s supbiat: tūc de eo dic̄ Greg. xx/
xiij. mora. Sūma cura pudēdū ē ne acce/
pta sapia cū ignorātie tenebras illumiat: g
lamē hūilitat⁹ tollat ⁊ tā sapia eē neq̄at: q̄
⁊ si vtute locutiōis fulgeat: claritatis tñ ve/
lamē cor eloq̄nt⁹ obscurat. h̄ ille. Alia vo
cognitio vitat⁹ ē affectiua: ⁊ talē cognitio
nē vitat⁹ supbia directē ipedit: q2 supbi dū
delectāt in excellētia ꝓpria: vitat⁹ excellē/
tiā fastidiūt. Hinc dic̄ Greg. xxiij. mora. q
supbi ⁊ secreta q̄dā itelligēda pcipiūt: ⁊ eo
rū dulcedinē expiri nō pñt: ⁊ si nouerit quō
sūt ignorāt quō sapiūt. h̄ ille: Unde ⁊ puer.
xj. dr: Ubi hūilitas ibi sapia. Sexta rō est:
spectu oīs creature. Secūdo specialiter. s. in
effectibus gratie qs cōicat tm̄ creature ra-
tionali nō habēti defectū alicuius criminis:
et sic diuina dilectio nō est nisi respectu eius
creature cui charitatē cōicat: ita q p illam
charitatē vnione pmaria deo adhereat vt
sic p charitatē in deo maneat et deus in eo.

Tertio qri pōt de creatura magis a deo
dilecta: vtrū scz deus magis diligit homi-
nē vel angelū: psertim cū tāto creatura vi-
deatur amabilior q̄nto est deo similior: sed
angelica natura videtur deo similior: vtpo-
te natura nobilior. Ad hoc rñdet Bona-
uentu. sup. iij. di. xxxij. q deus dicitur dilige-
re creaturā nō ratiōe affectiōis animi sed ra-
tione cōicatiōis alicuius boni: sic q dilectio
dei potius dicitur esse dilectio effectus q̄ af-
fectus. Duplex est igitur effectus principalis
ipsius dei respectu creature rōnalis. s. con-
ditionis in q ostenditur dei potentia: et sic
magis dilexit angelos: quia meliora ptu-
lit eis naturalia. Secūdus aūt effectus ē re-
perationis in q māifestatur dei misericordia
et sic magis dilexit homīes qs. s. releuauit et
angelos deseruit: et sic in dilectiōe dei mu-
tuo se excedūt: dicēdū igitur q si loqmur de
excessu dilectiōis scz statū pntē tūc magis di-
ligit angelos q̄ homīes: vtpote deo simi-
liores q̄ nobiliores: qs et vno solo motu
meritorio glorificauit: qui et nullā habent
retardationē q ppediunt q minus in deum
totaliter tendere valeāt. Si vero loqmur
scdm statū grē finalis in quo erit reparatio cō-
summata: tūc videtur satis rationabiliter dici

posse q magis diligit homīes: qr de pluri-
bus habebit homo in paradiso vñ gratus
et deuotus existat deo q̄ angelus: tū pter
beneficiū incarnationis: quia vt dicitur He-
breo. ij. Nusq̄ angelos apprehēdit sed se-
men abrae: tum pter beneficiū redemptio-
nis: quia vt dicitur Joh. xv. Maiorē hac di-
lectionē nemo habet etc. posuit eīn animam
suā p hominibus releuādis nō p angelis
tū pter beneficiū eminētis glorificatiōis:
qr pstituit in altiori gradu honoris huma-
nā naturā in vtroq̄ sexu q̄ angelicā: scili-
cet christum et eius nobilissimā matrē. Di-
lexit insup deus humanū genus tā in sta-
tu inimicitie q in statu amicitie: nō autem
angelicū genus qd post casum omnino de-
seruit: et hec manifestāt erga nos nō solum
diuine charitatis magnitudinē: sed etiam
eius nimietatē: scdm illud Ephes. ij. Deus
qui diues est in misericordia pter nimiam
charitatē qua dilexit nos: cū essemus mor-
tui peccato puiuificauit nos in christo: et
licet angelus est deo similior q̄ntum ad ea q
sunt nature nō tñ q̄ntū ad dona gratie: mo-
do dei dilectio magis pensat dona nature
supaddita: q ea que sunt naturaliter insita.
Considera nūc o anima quātā tibi dilecti-
onē ostendit deus in via: quātāq̄ exhibe-
bit in patria: obtulit eīn in christo p salu-
te tua suā diuinitatē: nobilissimā animam
et innocētissimā carnē: offert insup omnibus
eminentissimā charitatem: vt merito dicat
Jacobus in canonica sua: Omne datū opti-
mū et omne donū pfectū desursū est descen-
dens a patre luminū: amplectere igitur am-
plectere totis p cordijs: āplectere dona dei
tui o sponsa christi: et exultando cū ppheta
iubila deo dicēs: Quid retribuā dño: vn-
de spōsus tuus in hac vita tanti te estima-
uit: tantaq̄ charitate salutē tuā sitijt: q de
eo dicit Bern. Si christus tot mēbra habu-
isset qt sunt stelle in celo: et q̄libet mēbrorum
corpus habuissz: oīa illa corpora ad lignū
crucis dedisset: anteq̄ animā vnā q̄ntum in
se est in damnatiōe reliquisset: si ergo tan-
tā habuit charitatē in recreatiōe: o q̄ntā ex-
hibebit in eterna glorificatiōe: Dicit enim
Bern. in ra. christi: q dilectio qua omnis
angelica natura pariter et humana se mutuo
diligūt: respectu illius dilectiōis q christus in-
q̄ntū hō diligit minimū gloriosū est minor
q centrum ad circūferētiā celi chrystallini cō-
siderato ipo fonte: vnde talis amor originem
habet: verūtamē dilectionē dei summi ad

minimũ beatũ q̃s explicet: nã tanta dile/
ctione deus trinus τ vnus fert in minimũ
beatũ: q̃ si ponat̃ ex vna pte dilectio dei
ad minimũ beatum: τ ex alia pte dilectio
christi in q̃tũ homo τ beate marie omniũ/
q̃ angelo℞ τ sancto℞ quã spirãt in deũ et
inter se inuicẽ nulla potest esse equiparatio
quia finiti ad infinitũ nulla põt esse cõpa/
ratio: τ ideo amor quẽ minimus sanct⁹ spi
rat in deũ maior est q̃ amor christi in q̃tũ
homo τ amor beate virginis omniũq̃ san
cto℞ τ angelo℞ quẽ spirãt inuicẽ int̃ se: sic
maior ẽ circũferẽtia celi christallini mini/
mo centro: quia talis dilectio dei est vnus
de tribus principalibus actibus substãtia
lis glorie: qđ nos feliciť experiri cõcedat ie/
sus christus sponsus eterne glorie.

De charitate creata que est potissima virtutũ in qua cõsistit omne meritũ: Sermo XV

Onora patrẽ tuũ.

b Expediti vtcũq̃ de charitate in/
creata que deus est. Iã de chari/
tate creata que dei donũ est ſmo succinct⁹
A pcurrat. De q̃ pmo queri põt vtrũ scz cha
ritas creata que cordibus fideliũ infundi/
tur: sit specialis virtus: pſertim cum chari
tas nihil aliud esse videt̃ q̃ amicicia q̃daz:
sed amicitia nõ ponit̃ a pho virtus: vt pa
tet in .viij. li. Ethic: q: nec cõnumerat̃ inter
virtutes morales nec inter intellectuales.
Ad hoc rñdet breuit̃ Richar. sup. iij. di. xx
vij. q̃ charitas est virt⁹ vna ſm speciẽ spe/
cialissimã: q: in plures species nõ diuidit̃:
charitas enĩ ɔstituit̃ in specie ex sui cõpa/
ratiõe ad primũ suũ τ principale ac forma/
le obiectũ qđ nõ est nisi vnũ: scz ipse deus
sub ratione q̃ est sũmũ bonũ: quo solo ple/
narie volũtas beatificari põt: hec aũt for/
malis ratio obiecti charitatis nõ est diuisi
bilis in plures rõnes eo q̃ impossibile est
esse plura bona q̃ sint summa bona: q: nõ es
set summũ bonũ in quo nõ essẽt oẽs rõnes
boni p modũ excellẽtiorẽ q̃ inuenirent̃ in
aliquo alio bono: nec tale bonũ posset esse
principale charitatis obiectũ: eo q̃ in tali
bono volũtas beatificari nõ possz. Ad ob
iectũ ergo dicendũ ſm Tho. scda. 2e. q. xx
iij. q̃ phus in. viij. Ethicẽ. nõ negat amiciti
am esse virtutẽ: sed dic̃ q̃ ẽ virtus vl̃ cũ vir
tute: põt tñ dici q̃ amicitia pprie nõ est vir
tus p se ab alijs distincta: q: nõ habz rõnẽ
laudabilis τ honesti nisi ex obiecto: scđm
scz q̃ fundat̃ sup honestate virtutũ: qđ pa
tet ex eo: q: nõ quelibet amicitia rationem
habz laudabilis τ honesti sic̃ patet in ami
citia delectabilis τ vtilis: vñ amicitia vir/
tuosa magis est aliq̃d ɔsequẽs ad virtutes
q̃ sit virtus: nec ẽ simile de charitate q̃ nõ
fundatur principalit̃ super virtute huma/
na: sed sup bonitate diuina: vnde Aug⁹.
li. de moribus ecclesie Charitas est virt⁹ q̃
animi nostri rectissima affectio est q̃ cõiũgit
nos deo q̃ ipm diligimus. Et si obijcit̃ q̃
charitas habet duo obiecta: scz deũ τ pri/
mũ: τ ergo nõ est vna virtus ſm speciẽ. Re
spõdet ibidẽ Richar. q̃ prim⁹ nõ est pnci/
pale τ formale obiectũ charitatis: q: p cha
ritatẽ ipm nõ diligimus nisi pper deum.
Scđo vero q̃ri põt vtrũ charitas sit potis
sima virtutũ sic̃ sentire videt̃ aplš. j. Cor.
xiij. Maior aũt ho℞ est charitas. Ad h̃ re/
spõdet Tho. vbi. s. q̃ ex quo bonũ in acti
bus hũanis attendit̃ ſm q̃ regula debita
regulant̃: ideo necesse est q̃ hũana virtus
q̃ pncipiũ est bono℞ actuũ ɔsistat in attin/
gẽdo regulã hũano℞ actuum. Duplex ẽ er
go regula hũano℞ actuũ: scz humana rõ τ
deus: sed deus ẽ regula prima a q̃ etiã hu/
mana rõ est regulanda. Hinc virtutes the/
ologice q̃ ɔsistũt in attingẽdo illã regulaz
primã: eo q̃ ea℞ obiectũ est deus: excellen
tiores sũt virtutib⁹ moralib⁹ vl̃ intellectua
lib⁹ q̃ ɔsistũt in attingẽdo rõnẽ hũanã: p/
pter qđ oportet vt et int̃ ipas xtutes theo
logicas illa sit potior q̃ magis deũ attigit
sic̃ charitas: q: fides τ spes attingũt q̃dez
deũ ſm q̃ ex ipo puenit nob̃ vl̃ cognitio ve
ri vl̃ adeptio boni: ſ charitas ipm deũ at/
tingit vt in ipo sistat: nõ vt ex eo nob̃ aliq̃d p
ueniat: τ sic charitas ẽ excellẽtior fide τ spe:
ac p ɔseq̃ns oib⁹ alijs virtutib⁹: τ qđ mai⁹
est sine charitate nulla põt eẽ virt⁹ vera vl̃
meritoria: sicut oñdit aplus. j. Cor. xiij. si
distribuero in cibos paupe℞ omnẽ facul/
tatẽ meã: τ si tradidero corp⁹ meũ τc. Hu/
ius aũt ratio est: q: virtus ordinat̃ ad bo/
nũ: sed bonũ pncipalit̃ est finis: nã ea que
sunt ad finẽ nõ dicunt̃ bona nisi in ordine
ad finẽ. Sicut ergo duplex est finis. s. vlti
mus τ proximus: ita duplex est bonum sci
licet vltimũ τ hoc est principale bonũ ho/
minis: scz dei fruitio: iuxta illđ ps. Mihi
adherere deo bonũ est. τ ad hoc ordinatur
homo p charitatẽ Et bonũ primũ vl̃ ptĩcu
lare τ scđariũ qđ et duplex eẽ potest. Vnũ

quidē vere bonū vtpote q̄tū in se est ordinabile ad principale bonū qđ est vltimus finis. Aliud aūt est bonū apparēs ⁊ nō verū: quoniā abducit a finali bono: sicē auarorū prudentia qua diuersa genera locellorū excogitāt: ⁊ auarorū iusticia qua metu grauiū damnoꝝ ꝯtemnunt alienū ⁊ auarorū tēperantia qua luxurie cohibēt appetitū qm̄ sumptuosa est: ⁊ auaroꝝ fortitudo qua vt ait Horatius. Per mare pauperiē fugiunt: p saxa ignes: vt dicit Aug. in. iiij. li. ꝯtra Julianū: ⁊ ideo neceē ē habere charitatē vt ⁊ virtutes meritorie reddāꝛ ⁊ deo grate: q: p solā charitatē ordinanꝛ actꝰ omniū aliaꝝ virtutū in finē vltimū: ac p ꝯsequēs dat formā actibꝰ oīm aliaꝝ virtutū: vñ generaliꝛ charitas dicitꝛ radix virtutū q: p illā oēs alie nutriunꝛ virtutes: nec ꝭꝫ Greg. in Omel. hꝫ q̄cq̄ viriditatꝭ ramꝰ boni opis: si nō pmāserit in radice charitatꝭ. Dicitꝛ etiā fundamentū virtutū: eo q̄ oēs alias virtutes valēter sustētat: dicitꝛ etiaꝫ forma virtutū nō quidē exemplariꝛ aut essentialiꝛ s̄ magis effectiue: q: formā oībus īponit ordinās eas ad vltimū finē. Unde ꝓprie virtutes dicunꝛ in ordine ad actus formatos: dicitꝛ etiā matꝛ virtutū: q: ex appetitu finis cōcipit actus aliaꝝ virtutū imperādo eos. Unde merito dicitꝛ charitas maxima virtutū: q: dicitꝛ ī euāgelio Mat. xxij. q̄ dilectio dei est primū ⁊ maximum mandatū.

B Tertio ꝑinde queri pōt vtrū in charitatiua dilectiōe ꝯsistat omne meritū sicut intelligere dat aplus in dicta auctoritate: si distribuero: cum tñ ecōtra difficultas in operādo videaꝛ augere meritū: eo q̄ scđm phm virtus est circa difficile ⁊ bonū ergo maior virtus circa magis difficile ⁊ maiꝰ bonū: sed charitatiua dilectio difficultatē in operādo diminuit: q: dicit Aug. in li. ꝯfes. qui amat nō laborat: omis eñ labor nō amantibꝰ grauis ē: solū amor ē qđ nomē difficultatis erubescit. Ad h̄ rñdet Rich. sup. iij. di. xxx. q̄ ꝓprie loquendo de merito scđm q̄ ꝯsistit ī actu remunerabili de cōdigno in vita eterna: sic omne meritū aut est charitatiua dei dilectio: aut tm̄ illud qđ in ipso actu formale ē p charitatiuā dei dilectionē: p hoc enī q̄ volūtas p charitatē diligit deū ꝓpter se ⁊ sup oīa: vult actus alios rectos esse p illū cui ꝓpter se ⁊ sup omnia adheret: qđ est ipos referri in finē vltimū modo debito: ⁊ sicut rectitudo est in actu ex sui ꝯformitate ad regulaꝫ sui ī que in naturalibus est natura ⁊ in artificialibus ars: ⁊ in moralibus ratio recta ⁊ lex diuina: sic etiā illud qđ est formale in merito sicut ipsa remunerabilitas q̄ in ipo est ex sui debita relatione in vltimū fineꝫ: ⁊ ex ꝯsequēti ipa ratio remunerabilitatis q̄ ī merito est formalꝭ ex charitatiua dei dilectione causata est: vnde oīe meritū q̄ntuꝫ ad illud qđ est ī merito formale cōsistit esse̅tialiꝛ vꝉ causaliꝛ in charitatiua dei dilectione. Ad obiectū ergo dicendū q̄ difficultas ad operandū ꝓueniēs ex habitudine mala: quā sibi peccator p actus malos acq̄siuit nō auget meritū: nec facilitas que est in opante p virtutē minuit meritū. Bonauentura vero sup. iij. di. xxvij. supaddit q̄ charitas sup omnes virtutes pmatū tenet: ⁊ efficacia meriti p prius attribuenda est actui charitatis q̄ꝫ actui aliarū virtutū eo q̄ ipa cōpletiua sit omniū virtutū: ⁊ in ipsius actu cōnectiꝛ ipm meritū. Ratio vero quare charitas tanta ceteris virtutibꝰ excellētia p̄eminet est: q: maxime nos efficit deiformes: tū ratiōe liberalis exhibitionis: quia sicut deus ex amore tribuit oīa dona: sic charitas liberaliter exequiꝛ oīa obseq̄a ⁊ mandata: tū rōne ꝯformis vnionis: q: sicut filij patri nectunꝛ nexu amoꝛ ⁊ vniunꝛ: sic homo p charitatē adherēdo deo spūs vnus efficiꝛ: ꝓpter qđ dicitꝛ. Johan. xvij. Ut sint ꝯsūmati in vnū sicꝫ ⁊ nos vnū sumus: tū etiā rōne finalis quietationis: q: cū amor sit pōdus spūale faciēs in deum tendere ⁊ in deū quiescere sicut corporalia p sua pondera in locis ꝓprijs firmari habēt ⁊ stabiliri: vnde Augꝰ. in li. ꝯfes. ponderibꝰ suis aguntꝛ oīa ⁊ loca sua petūt pondus meū amor meus est: illo feror q̄cūq̄ feror. Preterea beatus Bernardinꝰ in euāgelio enko de charitate dicit inꝛ alia: q̄ ipa tāte p̄ciositatis est in ꝯspectu dei: q̄ oīa p̄ciosa reddit: ⁊ ideo p auꝝ designaꝛ in Apoc. iij. vbi dicitꝛ suadeo tibi emere a me aurū ignitū ⁊ ꝓbatū vt locuples fias: naꝫ sicut aurū ē preciū omniū thesauroꝝ: siue sint lapides p̄ciosi: p̄dia: domus: mercantie siue quicq̄d aliđ est appreciabile auri p̄ciosō existimabitꝛ: sic etia cuncte cogitationes: affectiōes: locutiōes: opatiōes ⁊ similia charitatis precio cōmensurantur: quia deus opera non ponderat sed affectū: vt plane patet. xxiij. q. j. c. odi. in fine: vbi dicitꝛ dñs īterrogat cor nō manū: quāto nāq̄ puriori seu feruētiori amore placitū aliq̄d deo

facimus: tanto reddit̃ ei gratiosius. Hinc
Luc. xxj. Laudata est paupercula vidua q̃
misit i gazophylaciū duo minuta: nō quia
multa ⁊ magna fecit: sed q̃m ampla chari/
tate dilexit. Nec solū aurū ē amor: sed etiā
oīa que fiūt ex charitate: non tm̄ q̃ sunt de
genere bonoꝝ: sed etiā indifferētia reddit
eadē charitas aurea: in cuius figura dicit̃
iij. Regū vj. ꝙ nihil erat in tēplo qđ nō au
ro tegeret̃: quia que fiūt ex charitate red/
duntur aurea q̄bus anima iusti celesti spō
so decent̃ eronat̃: vnde ps̄. Astitit regia
a dextris tuis in vestitu de au. Cuiꝰ ratio
est: quia licet ꝓprius actus charitatis quez
imediate elicit sit diligere deū ⁊ ꝓximū si/
cut quelibet virtus vnicū solū actū habet
quē elicit: sicut actus fidei quē elicit est cre
dere: ⁊ sic de alijs virtutibus: nullusq̄ ab
eadē virtute alius actus elicit̃: charitas ta
mē supra virtutes oēs hāc obtinet supemi
nentiā: ꝙ q̄uis eaꝝ actus ꝓprios imedia/
te nō eliceat ꝫ eliciunt̃ ab habitibꝰ ꝓprijs:
p ipsam tn̄ oēs actus virtuosi virtualit̃ im
perant̃: ⁊ eos a ꝓprijs habitibꝰ elicere fac:
qꝛ cūcte virtutes in charitate cōnexitatem
habēt: ⁊ ex h̄ cūctas virtutes virtuosasq̄
opatiōes charitas reddit meritorias. In/
sup nō solū virtutes ⁊ opationes virtuose
p charitatē meritorie reddunt̃: ꝫ ēt omnia
alia siue ꝓspera siue aduersa siue mixta si/
ue bona gratie siue mala pene ⁊ mala cul/
pe coopantur charitatē habēti in bonū: tā
pciosa nāq̄ ⁊ efficax est apđ deū charitas
sancta ꝙ etiā pctā coopant̃ illi in bonum:
vt dicit glo. sup illđ Roma. viij. Diligenti
bus deū omnia coopant̃ in bonū. Nec mi
rū cū voluntas impat omnibꝰ potētijs sic
amor omnibus virtutibus: nō minor est in
bono diuina dilectio q̄ꝫ in malo diuīa offē
sio: ꝫ arrogāti bona ꝯuertunt̃ in malū: qꝛ
nō opat̃ ad dei gl̄iam sed ad ꝓpriā: si ergo
arrogantia virtutes vl̄ opa virtuosa ꝯuer
tit in vitia: nō minus charitas diuina ma/
lū ꝯuertit ⁊ coopat̃ in bonuꝫ: ex hijs ergo
sequit̃ ꝙ charitas omnia reddit meritoria:
sic etiā sola illius fructa sunt remuneratio
C ne digna. Pro quo sciendū ꝙ omne ob/
sequiū deo ipensū aut illi ipendit̃ ex amo/
re recto ⁊ puro qui est amor gratuitus nō
querēs que sua sūt: aut timore pene vl̄ vin
dicte: aut ex spe mercedis tpal' vl̄ eťne aut
alia quacunq̄ ratione sese potius q̄ꝫ deum
respiciente: ergo si obsequiū impendit̃ ex
amore puro credit illum esse bonū q̄ eidez

hoc impendit: quia nulli rectus amor ⁊ pu
rus ipendit̃ ab aliq̄ nisi credat illū esse bo/
nū ⁊ merito sue bonitatis hmōi amore esse
dignū ⁊ p ꝯsequēs tale obsequiuꝫ est mere
gratuitū ac solū ꝓpter remuneratione di/
gnū: qui vero nō gratis reddit obsequiuꝫ
deo sed ex quadā necessitate vl̄ coactiōe cu
iuscunq̄ suppositiōis: nō ꝓpter dicēdꝰ est
remuneratiōe dignus: sed magis illi pciuꝫ
ope sue elocate reddēdū est. Denique diui/
nus amor est ille thesaurꝰ euangelicꝰ a deo
naturalit̃ in humano corde reconditꝰ: quē
q̄ inuenit hō vadit ⁊ vēdit omnia vt emat:
id ē redimat agrū illū illicito cōplexu amo
ris vitiosi miserabilit̃ alienatū ⁊ venditū:
de qua. s. emptiōe dicit̃ in canticis: si dedit
homo totā substātiā domus sue p dilectio
ne quasi nihil despiciet eā: nimiꝝ cū sit vti
litatis infinite: tū qꝛ quolibet actu charita
tis mercat̃ regnū dei: dicēte dño: q̄ dederit
calicē aque frigide tm̄ in nomine meo: amē
dico vobis nō pdet mercedē suā: tum etiā
sicut diues efficitur cui omnes mercātie et
ꝯtractus lucrosi reddunt̃: sic mille milies
eos ditiores spiritualit̃ reddit ipa charitas
in mercātijs oīm virtutū ⁊ virtuosoꝝ ope
rū: ⁊ hoc tangit aplus. j. Coꝝ. xiij. dicens:
charitas patiens est. s. q̄ntū ad habitū pati
entie in anima: ⁊ ideo nō deficit in aduer/
sis que occurrūt in illatis: penis: iniurijs:
ꝯtumelijs: infortunijs ⁊ similibꝰ: nā sicut au
rū pcussū dilatat̃ sic in aduersis ipsa chari
tas auget̃: vnde ps̄. In tribulatiōe dilata
sti mihi. Secundo benigna est: id est bene
ignita: quia reddit bonū pro malo: vñ glo
sa sup illud Ephes. iiij. Estote inuicē beni/
gni: id est largi de facultatibus vestris: ⁊ ꝫ
maxime vos ꝓsequentibꝰ: Tertio nō emu/
latur: id est nō inuidet aliene felicitati: vel
ꝓsperitati spirituali vel tēporali. Quarto
nō agit perperā: id est puerse pstando in/
pedimentū ne bona fiāt: vel ratione operꝭ
nō deformat intentione nō recta. Quinto
nō inflatur de donis vl̄ bonis adeptis. Se/
xto nō est ambitiosa: scꝫ de bono acq̄rēdo
quia vult subesse nō preesse. Septimo non
querit que sua sunt sed dei gloriā ⁊ cōmu/
nem pfectū. Octauo nō irritatur: id est nō
prouocat̃ ad irā: qꝛ nō habet appetitū vin
dicandi sed vituperationē ꝯuertit in refe/
ctionē ⁊ plagā in medicinā. Nono non co/
gitat malū scꝫ rancoris vl̄ vindicte vl̄ etiā
suspitionis sinistre. Decimo nō gaudet su/
per iniquitate scꝫ propria vel aliena sed do

let. Undecimo cōgaudet veritati scz cognitionis vel operis in se et in aliis. Duodecimo omnia suffert. s. respectu difficultatum quas patif ad exequēda opera virtuosa. Tredecimo omnia credit. s. que veritas in scripturis suadet. Quartodecimo oīa sperat. s. que christus promisit. Quintodecimo omnia sustinet. s. respectu absētie dilati summi boni promissi qd patiēter expectat a deo q pp̄ nullā cāz ab īchoato bono desistit.

De subiecto charitatis qd ē humana volūtas: et de quinqꝫ donis que recipit anima ab infusa charitate: Sermo XVI

Honora patrē tuū.

b Post aliquātā discussionē charitatis in se: videndū est de eiꝰ subiecto in quo pprie ꝯsistit diuina dilectio.

A De quo primo queri potest vtrū ipsa voluntas hominis sit subiectū charitatis: et videtur q nō: quia charitas amor quidem est: sed amor scđm phum est in cōcupiscibili: et ideo charitas est in ꝯcupiscibili et nō i volūtate immo potius esset in libero arbitrio: quia charitas vt in p̄cedēti sermone declaratū est se extēdit ad oēs actus humanos: scđm illud. j. Corinth. vl. Omnia opera vr̄a in charitate fiāt: sed p̄ncipiū humanoꝝ actuū est liberꝝ arbitriū: ergo p consequēs videtur q charitas maxime sit in libero arbitrio sicut in subiecto: et p ꝯsequēs nō in voluntate. Ad hoc r̄ndet Tho. scđa 2e. q. xxiiij. q duplex est appetitus. s. sensitiuus et intellectiuꝰ qui dicif volūtas et vtriusqꝫ obiectū ē bonū licet diuersimode: nā obiectū appetitus sensitiui est bonū p sensum apprehensū: obiectū autē appetitus intellectiui vel voluntatis est bonū sub cōmuni ratione boni put est apprehensibile ab intellectu. Charitatis autē obiectū nō ē aliqđ sensibile bonū: sed bonū diuinuꝫ qđ intellectu solo cognoscif: et ideo charitatis subiectū nō est appetitus sensitiuus sed intellectiuus. i. voluntas. cū eni ad bonū diuinū qđ est intelligibile se vis ꝯcupiscibil' extendere non potest: sed voluntas sola: ideo concupiscibilis subiectū charitatis esse non potest. Nec etiā liberꝝ arbitrium: qꝛ licet liberū arbitriū non est alia potentia a voluntate: tamen charitas non est in volūtate scđm ratiōnē liberi arbitrij cuius actꝰ est eligere: quoniā electio est eoꝝ que sunt ad finem: voluntas autē est ipsius finis: vt dicitur in. iij. Ethic. vnde charitas cuius obiectū est vltimus finis magis dici debꝫ esse in voluntate q̄ in libero arbitrio: et cōgrue satis: qꝛ sicut voluntas imperat omnibus potentijs: sic amor omnibus virtutibus. Secundo queri pōt vtrū illa charitas in nobis causetur naturalif' vl' ex infusione spiritussancti vl' ex bonis actibꝰ p̄cedentibus: ꝑsertim quia qđ est cōmune creaturis omnibus: naturalif' etiā inest hominibus: sed vt dicit Dyoni. iiij. c. de di. no. omnibus diligibile et amabile ē bonū diuinū qđ est obiectū charitatis: et ideo nobis naturaliter inest aut saltē acquirif ex actibus p̄cedentibus: iuxta illud. j. Timoth. j. Finis p̄cepti charitas est de corde bono et ꝯscientia pura et fide nō ficta: et p consequens non est ex infusione. Ad hoc r̄ndet Tho. vbi. s. q charitas ē amicitia quedaꝫ ad deū fundata sup cogitatione beatitudinis eterne: hec autē cōmunicatio nō debet esse fm bona naturalia sed scđm dona gratuita: quia vt dicif Ro. vj. Gratia dei vita eterna. Hinc ipsa charitas nature facultatem excedit: qđ autē excedit nature facultatē non potest esse naturale nec acquiri p potentias naturales: quia naturalis effectus suam causā non transcendit: et sic nobis non inest naturaliter ipsa charitas: licet l' est nobis dei dilectio que fundaf sup communicatione bonoꝝ naturaliū: de qua dicit ibidē Dyoni. nec etiā charitas p vires naturales acquiri potest: licet actus virtuosi p̄cedentes hominē disponāt ad recipiendum charitatis infusionē vt tangit dicta auctoritas apli: sed per gratuitā infusionē sancti spiritꝰ acquirif q̄ est amor patris et filij: cuius participatio in nobis est ipsa charitas creata: de qua dic̄ aplus Roma. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritūsanctū qui datus est nob: et hec est operatio quedā potissima diuine bonitatis. Ad cuius effectū ꝑficiendū diuina dignatio postulat: puer. xxiij. dicēs: Fili prebe mihi cor tuū: sic̄ eni accipitri volanti sufficit si cor p̄de sue sibi retineat: sic christo sufficit dū solū cor hominis obtineat: pro quo nimirū adipiscendo de celo volauit in virginis vterū: de vtero in presepium: de presepio in patibulū: de cruce in sepulchrū necnō ad infernū: deinde ad resurrectionis gloriā: ac tandē ad patris dexte

ram vt sic cor humanū plenius possideret. per cor aūt intelligit voluntas: q2 de' animam querit in corde & volūtatē in anima: vnde & in euangelio p cor voluntas intelligitur: vbi dicitur: diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo. Cuius ratio est: quia sic cor corporale est principiū omniū motuum corporaliū: ita etiā voluntas maxime q̃tum ad intētionē finis vltimi quiest obiectū charitatis est principiū omniū motuū spiritualiū: vt igitur sciamus q̃ p charitatē excellentissima dona nobis a deo donantur.
B Sciendū est, put sufficit ad presentē speculationē q infusa diuinitus charitate quinq3 dona acceptissima recepim'. Primū donū est diuini amoris cōnaturalitas: nam diuina bonitas que spiritui sācto appropriatur nullā aliā virtutē collocat in humano corde sic illi cōnaturalē: sicut amorē & charitatē: quia vt dicit prima Joban. .iiij. Deus charitas est scz increata. Immensus: imortalis: a qua quidē charitate quidā purus & infinitus actus amoris pcedit: cū igit animā humanā creauit deus ad imaginē vtriq3 charitatis & similitudinē infiniti actus amoris sui creauit illā. Hic postq̃ puenerit ad liberū rationis vsū: tūc ex esse pprio quandā habet aptitudinē ad amandū sine qua aliquo mō eē nō pōt: necessariū eīn est illi diligere bonū incōmutabile qd deus ē: aut bonum cōmutabile qd mundus est. Ipsaq3 p libe. arbi. in medio ɔstituta dinoscit: vt ad qdcunq3 voluerit se diuertere possit: & hec ī anima aptitudo diligēdi q̇dā est imago dei: a qua s. aptitudine pcedit q̇dā velox & efficax amor' act' p quē infiniti actus diuini amoris silitudo clarius demōstrat: ex qb' relinqtur q nulla virtus ita ɔnatural est in anima hūana sicut ipa charitas. Scdm donū est ipi' diuinitatis ɔformitas: sup oēs eīn virtutes amor animā deo ɔformat: cui' rō est: q2 deus charitas est: & ideo meli' p charitatem q̃ p aliquā aliā virtutē tanq̃ deo ɔsimillimē aia ɔformit in deū trāsformat: vnde dicit Hugo de arra anime: q ea vis amoris ē vt te talē eē necesse sit: qle ē illō qd amas & cui p affectū ɔiūgeris in ipius silitudinē ipa qdammō dilectiōis societate trāsformaris: & ideo subdit ibidē: De' charitas ē & q̃ manet in charitate ī deo manet & de' in eo. Si eīn vt refert phs. ij. pollit. Aristophonos dic: q amātes desiderāt ex duob' vnū fieri: & Tulli' de amicitia dic: q is est amicus q̃ ē tanq̃ alt idē: q̄nto magis fm apostolū. j. Cor. vj. Qui adheret deo. s. p amorē pfectū vn' spūs ē cū eo. Exprimur enī in nobis: q vis amoris ardēti totalit ad hoc nitit: inhyat & gestit: vt nō solū sit intimus ipi' amāti: s; et vt qdammō sit ipm amatū. Hinc ēt intātū ttis in amore dei valēter excedit: q īcopabilit pdiligit deū dilectū q̃ seipm. Tertiū donū ē ipi' aie formositas: nā postq̃ aia p charitatē deo fuerit conformis quō nō erit decor ipius aie formosior cū sit in ea vera silitudo diuinitat'. Pro q̄ sciēdū fm Alex. de hales ac alios doctores q imago dei in aia ɔsistit in naturalib' pprietatibus & potētijs eius: similitudo vero ɔsistit in gratuitis: id ē in virtutib' charitate diuina formatis & decoratis: pcipue tñ in ipsa charitate & diuina dilectiōe: vnde licet aia cunctas virtutes & dona habeat si charitate priuatur deformis ē: & ideo displicet q euidenter ostendit apostolus. j. Corinth. xiij. vbi dicitur: Si linguis hominū loquar & angelorū: charitatē aūt nō &c. Hinc ait Hugo q hoc priuilegiū sola charitas habet vt deus dicatur & sit: nō eīn dicitur deus humilitas est & patientia: quia cū omnis virtus dei donū sit: nulla pter charitatem hoc habet: vt nō solū dei donū sed et deus dici possit: reliqua igitur gratiarū dona largitur deus & his quos reprobat: solam autē charitatē quasi seipm his tm̄ qs diligit ī premiū seruat: hec ille. Anima nāq3 humana carboni similis est: qui si extinctus fuerit obscurā indaginē induit: si vero perfecte ignitus fuerit totus splendid' & igni silimus apparebit: sic anima humana dū amore diuino per peccatū fuerit extincta: id est charitatis igne priuata: terrā nigredinē immo & diabolicā turpitudinē induit. Hinc de talib' Hiere. .iiij. dicit: denigrata ē sup carbōes facies eorū: qb' ī euāgelio ɔuenit ī, pperat dñs: vos ex pre diabolo estis: q2 filij silitudinē pris habere debēt: qd eīn torpescit ī diabolo nisi petm̄: vt pote cui' natura ineffabili pclebritudie & nobilitate ɔdita ē s; charitate puata & liq̄tate dformat. Ecōtra xo dū aia fuerit charitatis igne incēsa ptin' effi. cit pulcherria deoq3 silima: qd eīn carbo ignit' nisi ignis cēsert debeat: cū iā ignis fact' ē forma carbonis: & qd aia charitat' igne pfecte succēsa: nisi non dico de' s; deificata cēseri debeat: cui dī ī pū. ɔfessionē q̄. s. turpitudo petō: ū deponit: & decorem. s. charitatis induist.

amictus lumine scʒ diuine gratie sicut vestimento: vnde charitas tā facta est anime forma: sicut forma corporis est anima: ꝛ sicut ignis operit carbonis nigredinem: sic charitas operit peccatoꝝ multitudinē. Verū ne meū putes ficticiū audi Aug⁹. dicētem: qualis est hominis dilectio talis ē homo: si terrā diligis terra es: si celū celū es: si aūt diligis deū nō audeo dicere deus es sed audi ꝓphetam dicentē: ego dixi dij estis ꝛ filij excelsi omnes. hec ille. Quartū donū est spiritualis vite veritas: nam in sola charitate cōsistit tā virtutū omniū ꝙ etiaʒ ipsius anime vita. Hinc ait ꝓpheta: querite dn̄m id est amorē eternū q̄ est deus ꝛ hoc ꝑ amorē ꝛ viuet aīa vr̄a: cui ps̄. ꝛ aīa mea illi viuet. O felix aplus q̄ hanc vitā expertus ait: viuo ego iam nō ego: viuit vero in me christus. De hac aūt vita dicit Aug. inter alia: ꝙ sicut vita corporis anima est: ita vita anime deus est: sicut corpus expirat dū amittit animā: sic anima expirat dū amittit deū: de⁹ amissus mors anime: aīa amissa mors corporis: ꝛ licet corpus nr̄m mori possit tñ idip̄m q̄ diligimus scʒ anima mori nō pōt cū diligit deū: cui mors est nō diligere deū. hec ille. Et Bern. Fons vite est charitas: nec animā illā viuere dixerim q̄ de illo nō hauserit. Haurire quō pōt nisi p̄sens sit ipsi fonti q̄ charitas est q̄ deus est. hec ille. Sed quō inquis adhuc vite fontē appropinquare poterō? Rn̄det ad hoc Augusti. ꝙ pes anime amor est: qui si prauus est dicitur cupiditas vł libido: si rectus est dicitur charitas. His igitur pedib⁹ ambulat anima ad bonū incōmutabile vł cōmutabile: qꝛ charitas est anime motus ad fruendū deo ꝓpter deū ꝛ se ac ꝓximū ꝓpť deum: cupiditas autē est anime mot⁹ ad fruendū se ac ꝓximo ꝛ quolibet corporeo non ꝓpter deū ad deū ergo ſm Aug. q̄ vbiq̧ p̄sens est: vbiq̧ totus: non pedibus licet ire sed moribus: mores aūt nr̄i nō ex eo qd̄ quisq̧ nouit: ſ ex eo ꝙ diligit diiudicari solēt: nec faciunt bonos vł malos mores nisi boni vł mali amores: ꝓpter qd̄ longe a peccatoribus salus: vt dicit ibidē Aug. sup ps̄. non loco sed dissimilitudine: q̄d est dissimilitudine? mala vita: malis moribus: si eniʒ bonis moribus deo appropinquamus: malis moribus recedimus a deo: vnde ꝯgrue idē homo corpore stās in vno loco: ꝛ amādo deū accedit ad deū: ꝛ amādo iniq̄tateʒ recedit a deo. hec ille. denuq̧ sicut charitas

animā viuificat sic ꝛ virtutes actiōesq̧ virtuosas meritorias reddit ꝛ viuidas: vt supra tactū est. Quintū donū est amoris insatiabilis suauitas: nulla aūt virtus alia tantā facit experiri delectationē ꝛ cōplacētiā sicut charitas: tā in deo q̄ in creaturis: senserat hoc qui dicebat: Q̄ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua sup mel ori meo: ꝛ iterū: iudicia dn̄i vera iustificata i semetip̄a dulciora ꝛc̄. Cū igiť amor dei suauissim⁹ est tā in affectu ꝙ in effectu: dicente Bern. in li. de diligendo deū: vbi amor est labor non ē sed sapor: quoniā amanti nihil ē difficile. Ideo ꝑ ꝯsequens nec satiari pōt desiderio qui nō nisi desiderare ꝯcupiscit: iuxta illō ps. Cōcupiuit aīa m. de. iuſ. t. in omi tēpo. ꝓpter h̄ aūt anima deū amās amore nō saciatur: quia deus amor ē quē q̄ amat amorem amat: amare aūt amorē facit circulum vt nullus debeat esse finis vł mēsura amoris: vnde Dyoni. li. de di. no. ꝙ amor scilicet eternus ostendiť sicut quidā etern⁹ circulus ꝑ optimū ex optimo in optimū inenarrabili cōuersione circuīēs: ꝛ in h̄ circulo spiritus amans ꝯplectiť ꝛ ad infinitum amorē cōplectendū inuitať: ex qua inuitatione surgit q̄dam appetitus insatiabilitas q̄ omnia vorat: qꝛ de copia facit inopiam: dū ex p̄gustatis dei delicijs ampli⁹ inardescit in desiderijs: qꝛ ꝛ si dať ad plenitudinē nunq̃ tñ ad satietateʒ. Hinc eccli. xxiiij. diciť. qui me edūt adhuc esuriūt. c De hac igiť charitate in ordine ad subiectum adhuc duo queri pñt. Primū est vtrū charitas habita pōt diminui vł totaliter amitti: p̄sertim cū dicē Aug⁹. viij. de trinitate: ꝙ si dilectio nō est vera dilectio dicēda nō ē: sed sicut idē dicit in epla ad Julianū comitē: charitas que deseri pōt nō vera fuit: ergo neq̧ charitas fuit. Ad hoc rn̄det Tho. scda. 2e. q. xxiiij. inter alia: ꝙ charitas habita diminui nō potest: neq̧ ꝑ actū peccati mortalis: qꝛ mortale charitatē totaliter corrūpit tā effectiue: qꝛ charitati ꝯtrariať q̄ etiā meritorie: qꝛ dignus est ꝙ illi deus subtrahat totaliter ip̄am charitatē: nec etiam ꝑ actū peccati venialis: nec quidē effectiue: qꝛ ad charitatē non attingit: ſ tñ ad feruorē charitatis: nec etiā meritorie: quia deus non plus vel prius se auertit ab hoīe q̄ homo auertit se a deo: similiter diminui nō pōt ꝑ cessationē ab actu virtutis directe loquēdo: qꝛ licet virtutes ex actib⁹ acq̄site ꝑ cessationē diminui possunt: vt dicē phs

viij. Et ibi d. q multas amicitias inappellatio soluit: id est non appellare amicū vel etiā nō colloqui: cui⁹ rō est: q: ꝯseruatio vniuscuiusq; rei depēdet ex sua causa. Causa aūt virtutis acq̄site est actus hūanus: quibus cessantib⁹ virtus acq̄sita diminuit: ꝛ tandem totalit corrūpit: sed hoc in charitate locū nō habet: q: solū a deo infundit: ꝛ sic actu charitatis cessante nō diminuit charitas directe nec corrūpit si desit mortale peccatū: indirecte tñ loquendo diminutio charitat dici pōt dispositio ad corruptōez ipius que fit p venialia peccata vel etiā p cessationē ab exercitio operū charitatis: s p mortale totalit corrūpi pōt: q: subiectū charitatis est ad bonū ꝛ ad malū vertibile fm arbitrij libertatē. Secūdo queri pōt: vtrū charitas augeri pōt. Ad hoc ibidem breuiter rñdet Tho. q charitas nō augetur p hoc q charitas addit charitati sicut quidā ponunt: sed p hoc q charitas intendit in subiecto: ita q subiectū magis ac magis charitatē pticipat: fm q magis reducit in actū illius ꝛ illi magis subdit: nō tñ intelligendū est q in quolibet actu charitatis ipa charitas augeat: sed q̄libet actus charitatis disponit ad augmentū charitatis: inq̄ntū ex vno actu charitatis pmptior redditur ad agendū fm charitatē: ꝛ sic abilitate crescēte prumpit in actū ferventiorē dilectionis quo conat ad charitatis pfectionem: ꝛ tunc charitas auget in actu: ꝛ huic quidē augmēto charitatis nullus termin⁹ imponi pōt in statu vie: tū q: charitas fm rōnē ppie speciei terminū augmēti nō habet: eo q est pticipatio quedā infinite charitatis q est spūssancti: tū etiā q: cā agens charitatē est infinite virtutis. s. deus: tum deniq; q: crescēte charitate semp in subiecto supercrescit abilitas ad vlterius pcedendum vel augmentandū: capacitas enī creature rōnalis p charitatē auget: q: p ipam cor dilatat: iuxta illud. ij. Cor. vj. Cor nostrū dilatatū est: ꝛ ideo semp remanet abilitas ad maius augmentū. Ad lau.

De obiecto charitatis scz sūmo bono: ꝛ de mercātia amoris: ac de quattuor: que sunt p ordinē ex charitate diligēda: Sermo XVII

Honora patrē tuū

m ec. Iā ordine debito videndū est

de obiecto ipius charitatis: de q̄ pmo queri pōt: vtrū summa bonitas sit pma rō diligendi oēe illud qd ex charitate diligit: ac p ꝯsequēs obiectū formale ipi⁹ charitatis: psertim cū sic se habet ens ad cognitionē: ita bonū ad dilectionē: sed pma rō cognoscendi nō est sūmū ens sed ens cōe creatori ꝛ creature cōitate analoga: g sic prima rō diligendi nō est summa bonitas s bonitas cōis creatoris ꝛ creature cōitate analoga.

Ad hoc rñdet Ricd. sup. iij. dis. xxviij. q pma rō diligēdi ex charitate est ipsa sūma bonitas: q: sicut pmo rō videndi est illud rōne cui⁹ mouet visū quicq̄d mouet visum vt lumē vel color: ꝛ sicut pma rō intelligēdi ē illud rōne cui⁹ intelligit quicq̄d intelligit vt ens vel verū: sic cōcedendū ē illud esse pmā rōnem diligēdi ex charitate: rōne cui⁹ diligit quicq̄d ex charitate diligit: h enī summa bonitas pp̄ter quā oīa diligenda sunt q ex charitate sunt diligenda. Ad obiectū igit dicendū: q nō est sic de pma rōne diligēdi ex charitate: ꝛ de pma ratiōe diligēdi cōiter deū: q: sicut diligere cōmunius est q̄ ex charitate diligere: sic prima rō diligēdi cōmunior ē q̄ pma rō diligēdi ex charitate: ꝛ ideo si dicit q pma rō diligēdi cōmuniter dicti nō sit summa bonitas: sed bonitas cōmunis creatoris ꝛ creature cōitate analoga: hui ꝯcludere videt argumētū: nō tñ pp̄ter hoc sequit q summa bonitas non sit pma rō diligēdi ex charitate: ex qb⁹ ꝯcludit qd sūma bonitas ē pma rō diligēdi ex charitate ꝛ obiectū formale ipi⁹ charitat. Pro q sciendū q sūma bonitas pōt ꝯsiderari dupliciter: scz fm esse qd hz in re: vel fm esse qd hz in aīa vl mēte. Sūma bonitas g ē formale charitat obiectū fm eē qd hz in re: ꝛ ex cōsequēti est eius obiectū fm esse qd habet in nr̄a mente. Cui⁹ rō est: q: esse reale bonitatis idē est cum ipsa bonitate: sed esse suū qd habet in nr̄a mente in rōne cognoscibilis est ipm esse nostre menti rep̄sentari: vel ab ea aliquo mō cognosci: mō nostra volūtas p charitatē pmo ꝛ pncipalit tendit p dilectionē in ipam summā bonitatē in suo reali esse qd est idē cum ea: ꝛ ex consequēti diligit eam nostre menti p̄sentari: ꝛ a nostra mente cognosci. Hinc est qd domin⁹ vniuersaliter omnib⁹ p̄ceptum charitatis indixit: dicens: Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo ꝛc. ꝛ ne queram⁹ diuerticulū ad excusandas excusationes in peccatis: ipa charitas ora

nibus venalis exponit̄: nec est ꝑsonarum acceptio apud deū: vt dicit̄ Roma.ij. quia solē suum oriri facit sup bonos ⁊ malos: ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos: vt dr̄ Matth. v. Nec est qui se abscōdat a calore eius: vt dicit ps̄. Uis nūc videre signū mercātie amoris hui⁹: audi ps̄. Suauis dn̄s vniuersis: ⁊ mis͡. eius sup oīa. neminē tamē ad ei⁹ emptionē violentat: sed vt dicit̄ Eccl. xv. Deus ab initio cōstituit hominē rectum: ⁊ reliquit eum ī manu cōsilij sui: tn̄ aūt suadet q: coacta seruitia nō acceptat: vñ dicit̄ Apoc. iij. Dicis q: diues sum ⁊ locuples ⁊ nulli⁹ egeo: ⁊ nescis q: tu miser es ⁊ miserabilis: paup: cecus ⁊ nudus: suadeo tibi emere a me aurū ignitū ⁊ ꝓbatum vt locuples fias ⁊ vestimentis albis induaris: vt nō appareat cōfusio nuditatis tue: hoc ibi. Sed forte causeris de difficultate tā inueniēdi q̄ adeūdi felicissimā apothecā hui⁹ mercātie: ⁊ licz multi essent qui eā cōpare vellēt: tn̄ locoꝝ incertitudo ⁊ itineris longitudo eos ab hoc ꝓposito reuocaret. Ad hoc fidenter respondeo q deus qui charitas est: vbiqꝫ regnat: vbiqꝫ maiestas eius omnia replet: ac eius charitas complectit̄ vniuersa: q̄nimo ꝓpe est dn̄s omnib⁹ inuocātibus eum in veritate: si tamē eius apothecā magis delectat inuenire: queramus eam cū sponsa dicente: Indica mihi quem diligit aīa mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie: ne vagari incipiā post greges sodaliū tuoꝝ: curre fidelis sponsa ad lectulū sponsi tui ⁊ mercantiā amoris inuenies: curre inquā ad dimensionē crucis: q: nullibi vendit̄ amor nisi in hac apotheca: vbi ex amore pater filium ⁊ fili⁹ obtulit semetipm: amplectere illū cū magdalena ⁊ scrutando cōprehende si potes cum omnibus sanctis que sit longitudo: latitudo: sublimitas ⁊ ꝓfundum amoris huius felicissime apothece: felix paul⁹ qui dicebat: Mihi autē absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. Sed rursus de quātitate ꝑcij expauescis forsan q angustias tuas incōpabiliter excedat: ⁊ dicas cum apostolo: Uelle quidē adiacet mihi: ꝑficere autē nō inuenio. Unde ad eandē margaritā cōparandam allectus: Hugo dicit inter alia. O charitas si scirem quāti vales precium pro te appenderem: sed forte excedis angustias meas: nec inuenire potero preciū tuū penes me: dabo tamē qd̄ habeo ⁊ totū qd̄ habeo: ⁊ tota domus mee substātia te commutabo: ⁊ cum totū dedero totū quasi nihil tam reputabo: omnes delectatiōes carnis mee: omnes iocūditates cordis mei ꝓpter te libēter impendā vt te solā possidere valeā: tu sola mihi charior: tu sola vtilior: tu sola suauior: tu sola iocūdior: ampli⁹ delectaris: abūdantius satians: tuti⁹ saluans: felicius cōseruans: ⁊ postea causam subdit cōparationis hui⁹ dicens: Nūquid parū est deum in se manentē habere tantū est charitatē possidere: q: ſm Bern. Deus charitas est: quid ꝑciosius: ⁊ qui manet in charitate in deo manet: quid securi⁹: ⁊ de⁹ ī eo: quid iocūdius: vnde inquis ergo tātū inueniā preciū ad cōparandū? Sed ne expauescas ne diffidas o homo: omnes satiare desiderat qui omnes ad hūc vite fontem inuitat: dicens Ioh. vij. si quis sitit. s. amorē: veniat. s. affectionis passib⁹ ad me scz fontem indeficientē vite ⁊ charitatis: ad me torrentē inebriantis voluptatis: ad me dulcedinē transformātis amoris ⁊ bibat: sed quo ꝑcio dn̄e: omnes inquit sitientes venite ad aquas scz gr̄e ⁊ charitatis: ⁊ qui non habetis argentū ꝓperate: emite ⁊ comedite: venite emite absqꝫ argēto ⁊ absqꝫ vlla cōmutatiōe vinū scz amoris ⁊ charitatis ⁊ lac puritatis: q: charitas opit multitudinē peccatoꝝ: nō ergo emit̄ auro vel argento nō quibusli. hec localib⁹ vel ornamentis: nō adulterinis crinibus aut fucamētis: nec caudatis vestibus: nec rostratis calceis: hec eni oīa dn̄i sunt licz ab hominibus abutant̄. Deinde est terra ⁊ plenitudo eius de ꝓpria moneta margaritā hāc cōpare necesse ē nō de his q̄ dn̄i sunt: cui⁹ sc̄ oīa bona tp̄alia: corꝑalia: sp̄ualia ⁊ eternalia: aplenda est ḡ ꝓpria bursa ⁊ ꝓpria moneta tradenda bursa nr̄a cor: nostrū est in q̄ moneta nostra recōdit̄ scz scelera ⁊ peccata que nostra sunt ⁊ ꝓpria: ⁊ hec dominus ꝓ mercantia amoris gratāter acceptat: q: illa tn̄ sunt nostra: oīa xo bona dei sunt: tam cōsidera quid das ⁊ q̄d recipis: nihil charius eo quod emit̄: nihil vilius eo quo emit̄: ꝑciū soluis cū peccata hūiliter recognoscis ⁊ cōfiteris: charitatē recipis cum remissionē acquiris: audi ꝑciam soluentē: dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dn̄o: audi margaritā diuine dilectiōis recipientem: ⁊ tu remisisti impietatē peccati mei. O pelag⁹ infiniti amoris q̄d agis q̄d sustineo: o sublimitas sapiētie dei q̄ exupas omnē sensū quā ex amore quodāmō stulta

facta es: nūmos scelerū nostroꝝ acceptā s
⁊ amplissimū donum tue charitatis indul/
gens: vt amore tuo beatos nos facias ine/
ternū: vñ querit Aug⁹. in li. cōfes. q̄d tibi
sum bone iesu vt amari te iubeas ⁊ p̄cipi/
as: ⁊ nisi faciā irascaris ⁊ mineris mihi in/
gentes miserias. Rūdet Bern. lib. de dili/
gendo deū cū amat deus nihil aliud vult
q̄ amari certissime ob aliud non amat nisi
vt amet sciens ipsos amore beatos qui se
B amauerint. Secūdo p̄ncipalit̄ queri pōt
ex quo fm Augu. j. de doc. xp̄iana. q̄ttuor
sunt diligēda. Unū qd̄ est supra nos. Alte/
rū qd̄ nos sum⁹. Tertiū qd̄ est iuxta nos.
Et quartū qd̄ est infra nos. Utrū scꝫ omne
illud qd̄ est supra nos p̄ naturā ex charita/
te diligendū est: p̄sertim cū non solū deus
videat̄ supra nos esse: sed etiā angeli boni
⁊ mali: ⁊ ipsa beatitudo quā expectamus.
Ad hoc rūdet Ricd. vbi supra: q̄ omne illd̄
qd̄ p̄ naturā est supra nos: ex charitate di/
ligendū est: nam q̄ deus ex charitate dili/
gendus est: satis patet ex iam dictis. Dili/
gendi sunt etiaꝫ sancti angeli ex charitate
cum sint p̄ticipes eterne beatitudinis: in q̄
comunicāt homies cū angelis: sicut dicit̄
Math. xxij. q̄ in resurrectiōe erūt homies
sicut angeli in celo charitatis enī amicitia
vt dictū est supra: fundat̄ sup cōmunicati/
one beatitudinis et̄ne. Nec mirū si diligē/
di sunt: cum ⁊ ipsi affectu pariter ⁊ effectu
cordialiter nos diligūt: nam q̄trum ad pri/
mū dicit Origeñ. sup librū numeroꝝ ome/
lia. lxix. Agunt angeli diem festū letantes
sup his qui refugiētes cōsortia demonū: p̄
exercitia virtutū se festināt angelicis socia
re cōsortijs. Q̄trum etiā ad secūdum dicit
ibidem omel. lxvj. Adest vnicuiq̄ nostrū
etiā minimis qui sunt in ecclesia: angelus
bonus: angelus dei: qui regat: q̄ moueat:
qui gubernet: qui p̄ actibus nostris corri/
gendis: ⁊ miseratiōibus poscēdis: quoti/
die videat faciē patris: hec ille. Ceterū dia
bolus cū sit nomē nature in malicia obsti/
nate: ideo cōcedi nō debet q̄ sit ex charita/
te diligēdus: nisi cum hac determinatiōe:
scꝫ rōne sue nature que naturaliter est bo/
na ⁊ a deo est: nō est tamē eius natura dili/
genda ex charitate amore amicitie: quo rei
dilecte vitā eternā optamus: imo ex chari
tate in eius eterna punitiōe diligere debe/
mus dei iusticiā: iuxta illud ps̄. Letabit̄
iustus cū viderit vindictā: sed illā naturā
ex charitate diligere debemus: volēdo eā

cōseruari ad dei gloriā: sicut etiā diligim⁹
creaturas irrōnabiles: nō q̄ velim⁹ eis bo
nū vite eterne: s̄ inquātū volum⁹ eas p̄ma
nere ad dei gloriā ⁊ vtilitatē hoim. Deniq̄
beatitudo sīr est ex charitate diligēda: q̄r
nō tm̄ illud ex charitate diligit̄ ad qd̄ ha/
bet̄ amicitia: s̄ etiā bonū illud qd̄ optam⁹
amico vel qd̄ manere volum⁹ illi⁹ gra: fm
quē modū beatitudinē ex charitate dilgi/
mus: eā enī nobis ⁊ amicis volum⁹: ⁊ eaꝫ
ad dei gloriā manere volum⁹: ad quē sum/
me charitatis amicitiā h̄re debem⁹: nō th̄
est intelligēdū q̄ beatitudo creata sit p̄ na/
turā supra nos cū sit accidēs: ⁊ natura sb̄e
sit nobilior q̄ accidētis. Tertio p̄ncipalr̄
q̄ri pōt: vtrū ex charitate diligēdū sit illud
qd̄ sum⁹ nos: p̄sertim cū id qd̄ ad charita/
tē p̄tinet: nō pōt eē vituperabile: q̄r charitas
nō agit pperā: vt d̄r. j. ad Cor. xiij. s̄ amare
seip̄m ē vituperabile. dicit̄ enī. ij. ad Timo.
iij. In nouissimis dieb⁹ instabūt tp̄a pericu/
losa: ⁊ erūt homies seip̄os amātes. Ad hoc
rūdet Tho. scda 2ᵉ. q. xxv. q̄ cū charitas
sit amicitia quedā: iō dupliciter de charita/
te loqui possum⁹. Uno mō sb̄ cōi rōne ami/
citie: ⁊ sic amicitia p̄prie nō habet̄ ad seip̄m
s̄ aliq̄d mai⁹ amicitia: q̄r amicitia vnionē
quādā importat. Dic̄ enī Diony. q̄ amor ē
virt⁹ vnitiua: vnicuiq̄ aūt ad seip̄m ē vni/
tas q̄ potior ē vnione. Uñ sicut vnitas est p̄n
cipiū vnionis: sic amor q̄ q̄s seip̄m diligit ē
forma ⁊ radix amicitie: in hoc enī amicitiā
habemus ad alios: q̄ ad eos nos habem⁹
sicut ad nosip̄os. Alio mō loqui possum⁹ de
charitate fm p̄priā rōnē ipi⁹: put. s. est ami
citia homis ad deū p̄ncipalit̄: ⁊ ex p̄nti ad
ea q̄ dei sunt: int̄ q̄ etiā est ip̄e hō q̄ charita
tē habet: ⁊ sic int̄ cetera q̄ ex charitate dili/
git q̄si ad deū p̄tinētia: etiā seip̄m ex chari/
tate diligit. Q̄ aūt amātes seip̄os vitupe
rant̄ inq̄tū amāt se fm naturā sensibilem
cui dānabilit̄ obtēpant: h̄ enī nō est v̄e ex
charitate seip̄m amare: s̄ q̄s v̄e seip̄ꝫ amat
fm naturā rōnalē: vt velit sibi ea bona q̄
p̄tinēt ad p̄fectionē rōnis: ⁊ h̄ mō p̄cipue p̄
charitatē p̄tinet diligere seip̄m. Quarto B
p̄ncipaliter queri pōt: vtrū ex charitate di
ligendū sit omne illud qd̄ est iuxta nos: quo
ad naturā eiusdē speciei nobiscū complete
existēs in specie: id est ois hō siue bon⁹ siue
mal⁹: p̄sertim cū d̄r: Sap. xiiij. Sīr odio sūt
deo impi⁹ et impietas ei⁹. Ad h̄ dic̄ Ricd.
vbi supra: q̄ omne illud qd̄ est iuxta nos di/
ligendū est inq̄tū hō est: dilectiōe amicitie

optando sibi beatitudinē eternā: si nō fue/
rit obstinatus in malicia: qđ dico propter
antichristū: qui h° mō nō erit diligēd⁹: sed
eo mō diligēdus est quo diabolus: vt iam
dictū est. Unde homo inquātū hō nō odit̄
a deo: sed sua impietas q̄ se: ꝛ ip̄emet p ac/
cidens rōne impietatis sue: si ḡ dei inimi/
cus non potest a charitate excludi: quāto
minus inimicus ppꝛius: sicut plus est pō/
deranda iniuria diuina q̄3 ppꝛia. Hinc dic̄
Bonauē. sup. iij. dist. xxx. q̄ charitas ī ho/
mine vera nō est: nisi diligat om̄e diligibi/
le: diligibile autē a charitate est om̄e illud
qđ est possibile ad beatitudinē puenire: et
ideo non habet aliquis charitatē nisi dili/
gat omnes illos qui sunt in statu vie: siue
sint amici siue inimici. Unde in ps̄. dicit̄:
Latū mandatū tuū nimis: quia mandatū
charitatis ad omnes se extendit: ꝛ sicut lō
gitudo mādati se extendit ad omnē diffe/
rentiā tēporis: sic latitudo ad omnē psonā
hominis viatoris. Sciendū tamē q̄ duplex
est amoris affectus. Quidā est a charitate
elicitus: scʒ quo q̄s optat alteri summū bo
num siue beatitudinē eternā: ꝛ ad illū affe
ctum omnes tenent̄ tam erga inimicos q̄
erga amicos. Alius est amoris affectus a
charitate imperatus: quo scʒ optat q̄s alteri
bonū tempale ꝛ psperitatē transitoriā: ꝛ
ad illum affectū non tenent̄ ex necessitate:
sed tm̄ ex pfectione: vt inimicos diligant:
sed sufficit q̄ nō odiant ꝛ de eoꝝ aduersi/
tate nō gaudeant: nisi forte ad aliqđ bonū
inde speratū. Quinto pncipaliter queri
potest: vtrū ex charitate sit diligendū om̄e
illud qđ est infra nos quo ad naturā. s. cor
pus nostrū: psertim q̄ si corpus nostrū est
diligibile ex charite: eo q̄ seruit aīe: p con
sequēs etiā om̄s alie creature que sunt in/
fra nos essent diligibiles ex charitate: cuʒ
omnia creata seruiāt aīe: inquātū p ea re/
duci pōt in dei cognitionē: fm apostolū di
centē Roma. j. Inuisibilia dei a creatura
mūdi p ea que facta sunt intellecta conspi/
ciunt̄. Ad hoc rńdet Bonauē. sup. iij. dist.
xxviij. Q2 cū charitas sit pōdus inclināś
ad summū bonum ꝛ pfectam beatitudinē:
omne illud facit diligere qđ est beatū ꝛ be/
atificabile: q2 ḡ cōtingit aliquid esse beatū
tripliciter: scʒ p essentiā sic solus deus: ꝛ per
pmā influētiā sic rōnalis spūs ac p quādā
redūdantiā sic corp⁹ hūanū: in qđ gaudiū
glorie redūdat p ꝯiūctionē sui ad aīaʒ bea
tā. Hinc ē q̄ oīa ista sunt ex charitate dili/
gēda fm pus ꝛ posteri⁹: fm malus ꝛ min⁹
sicq3 patz q̄ charitas nō solū nos facit deū
diligere ꝛ rōnalē spiritū s3 etiā corp⁹. Uerū
tamē fm Ricē. ibidē: alie creature irrōna/
les ad nostrā essentiā nō ptinētes: sūt qui/
dem ex charitate diligēde: nō tñ dilectiōe
amicitie ppꝛie loquēdo: s3 inquātū ex cha/
ritate volum⁹ illas cōseruari ad honorem
dei ꝛ vtilitatē hoīm: q̄s ex charitate diligi
mus dilectiōe amicitie: sic em̄ ꝛ de⁹ ex cha/
ritate creaturas illas diligit: iuxta illud Sa
piētie. xj. Diligis oīa que sunt. Ad lau.

De ordine charitatis respectu diligibiliū: ac de mō diligēdi obiectū formale charitatis qđ est summū bonū: Sermo XVIII

Honora patrē tuū.

m T. Post pmissa videnduʒ est de
ordine charitatis respectu diligi
biliū: ac de mō diligēdi vnūqđq3 diligibi/
liū: vt sic salubriter amās ad vnūqđq3 dili
gibiliū ordinate moueri valeat: ꝛ dicat il/
lud Cant. ij. Introduxit me rex in cellā vi
nariā: ordinauit in me charitatē. Ad cu/ A
ius euidentiā pmo queri pōt: vtrū sit ordo
in charitate respectu diligibiliū: sic̄ sentire
videt̄ Aug⁹. in li. de doct. christiana. c. vij.
dicens: Inter diligibilia pmo ordinati su/
mus ad illud qđ est supra nos: deinde ad
illud qđ nos sumus: tertio ad illud qđ est
iuxta nos: ꝛ quarto ad illud qđ est infra
nos. Ad hoc rńdet Ricē. sup. iij. dist. xxix.
q̄ ordo quidam est respectu diligibiliū: q2
fm Aug. xj. de ciui. dei. et. xiij. ꝯfes. Amor
est pōdus anime: sicut ergo corpora p sua
pondera ordinate mouent̄ ad loca sua: et
ordinate in eis quiescūt: sic anima p chari/
tatiuū amorē ordinate mouet̄ ad diligibi/
lia: ita q̄ hic ordo est p ipsam charitatē in/
clinatiue: q2 voluntatē inclinat ad diligi
bilia: fm q̄ plus ꝛ minus habet de bonita
te ceteris paribus: cum eni nō sit diligibi/
le nisi bonū fm q̄ res plus habet de boni/
tate plus etiam habet de diligibilitate: in
actib⁹ aūt charitatis ē ordo ille formalit̄: q2
ipsi em̄ actus charitatis respectu diligibi/
liū ordinati sunt: ꝛ in h° ordine diligibiliū:
ip̄e de⁹ q̄ est summū bonū pmatū obtinet:
q2 qlibet amicitia illā specialit̄ respicit in
quo pncipalit̄ est illud bonū: sup cui⁹ cōi/
cationē fundat̄ amicitia: eo q̄ ip̄o pncipa/

sic depēdet illa cōicatio: ꝫ amicitia charitis
fundat̄ sup eternā beatitudinē q̄ in deo ē p
essentiā: in nullo aūt alio ē nisi p pticipatōz:
deus enī cōe ꝛ fontale bonū est: a q̄ solo de-
pēdet cōicatio btitudinis etne: ꝛ iō p̄ncipa-
ris ignis ad benefaciendū ꝓximis etiam
aduerſarijs feruere facit. Quintus itaq;
eſt affectus humilis honorātiōis: quo ſci/
licet omnes reueretur & honorat: omnes ſi
bi preferat: omnib⁹ tanq̄ dominis ſuis hu/
mili corde ſe ſubdit: ſcđm illō. j. Petri. ij.
Omnes honorate: fraternitatem diligite.
Et iterum ad Romanos. xij. Honorē inui/
cem preuenientes: ſed quia de hoc honore
preſtando tactū eſt ſupra in primo ſermo/
ne precepti huius: ideo breuitati conſulēs
ꝓſequi pretermitto. Sextus autē eſt affe/
ctus cordialis vnionis: vt ſc; homo q̄tenus
in ſe eſt: & q̄tum ſcđm deū pōt cū alijs vnū
ſe ſentiat ac omniū rectū velle ꝓ ſuo repu/
tet: & huius vnitatis cordialis affectus ex
tribus in anima generat̄ & cōſeruat̄. Pri
mo ex humilitate q̄ ſc; primo ſm̄ deum in
omnibus ꝯdeſcēdit: honorē & gratitudinē
& q̄ðlibet humilitatis obſequiū gratanter
impendit: vñ tā in ꝯdonādis iniurijs q̄ in
ſupportādis miſerijs & defectib⁹ ſe ꝓmptū
exhibet: eo q̄ ſe lōge viliorē & talib⁹ dignis
ſimū reputat. Ad que nos aplus ad Ro.
xij. hortat̄ dicens: Nō alta ſapiētes ſ; hu/
milibus ꝯſentiētes. Secūdo vero ex puri/
tate: ꝑſertim illa de qua dicitur Math. v.
Beati mūdo corde &c̄. Hij ſunt eñ mundi
corde q̄ ſimplici oculo & puro corde in deū
intendētes: inter īmunda mūdi mundum
habētes aſpectū ꝓximū in dño dumtaxat
charit⁹ amplectunt̄: de h̄ oculo dicit̄ in cā
ticis: vulneraſti cor meū ſoror mea ſpōſa:
ſequit̄ in vno oculoꝝ tuoꝝ. Tertio ꝑinde
ex ipſa charitate: charitas eñ q̄ ligat huma
na corda cū in cor hoīs fuerit diffuſa di/
uinitus: illudq; humile ac purū inuenerit
oīa alioꝝ bona in ſe trāſformat & ſua facit:
ſolū nanq; liq̄dū eſt qđ omni forme ꝯgruit
qđ optime amatoris cordi ꝯuenit. Factū ē
inq̄t cor meū ſicut cera liqueſcens. Ex his
autē tribus vt dicit̄ Act. iiij. Multitudinis
credentiū erat cor vnū & anima vna in do/
mino: q2 hūilitas eos euacuauerat ſēſu ꝓ
ꝓprio: puritas eos mūdauerat mūdano cō/
tagio: & charitas ꝑ trāſformationē colloca
uerat in vno amoroſi cordis glutino. Se/
ptimus deniq; eſt affect⁹ chriſtiformis ob/
latiōis & paſſiōis ꝓ oībus: vt. ſ. exēplo te/
ſu chriſti parat⁹ inueniat̄ ꝓ oīb⁹ & ſingloꝝ
ſalute ponere aīa; ſuā: q2 vt dicit̄ Joh. xv.
Maiorē hāc dilectionē nemo h; vt aīa; ſu
am pōat q̄s ꝓ amicis ſuis: tūc eñ vere dili/
git ꝓximū ſuū ſicē ſeipm̄: tradēs ꝓpriā vitā

vt lucret̄ illius animā: ad qd̄ nos hortat̄ exemplo christi Joh. in prima canonica. c. iij. dicēs: In hoc cognouim⁹ charitatē dei: qm̄ ille ꝑ nobis animā suam posuit ⁊ nos debem⁹ aīas ꝑ fratrib⁹ ponere. Ad laud.

De actibus interiorib⁹ charitatis qui sūt dilectio: gaudiū: misericordia: pax: ⁊ de dīna amoris amicitie ⁊ ꝯcupiscētie: Ser. XXII

Honora patrem tuū.

b Jam ordine ꝯgruo videndū ē de actibus charitatis tā interiorib⁹ ꝙ̄ exteriorib⁹. Et ꝑmo igit̄ ad actus interiores.

A Primo qri pōt vtrū ꝑncipalior act⁹ charitatis sit diligere amore amicitie vl' cōcupiscētie: ꝑsertim cū actus ille quo de⁹ diligit̄: vt obiectū beatitudinis est act⁹ principalissimus charitatis: q: sub tali ratōe est obiectū charitatis: sed sic diligere deū est velle ipm̄ habere qd̄ ē ipm̄ amare amore ꝯcupiscētie. Cū eīn ex charitate volo deum mihi: diligo me amore amicitie ⁊ deū amore ꝯcupiscētie: sed certū est ꝙ iste act⁹ est ꝑncipalior inq̄ntū fert̄ in deū ꝙ̄ inq̄ntū reflectit̄ i seipsum. Ad hoc r̄ndet Richar. sup. iij. di. xxvij. ꝙ amor amicitie ⁊ ꝯcupiscentie duplicit̄ cōparari possunt. Primo inq̄ntū sunt respectu eiusdem amati ⁊ tunc amor amicitie semꝑ nobilior est ceteris paribus: sicut eīn nobilior ratio naturalit̄ entitatis est existere in se ꝙ̄ in alio: vt patet in substantia ⁊ accidēte: sic rō nobilior essendi bonū est esse bonū scd̄m se ꝙ̄ esse bonum alterius: bonū aūt qd̄ amat̄ amore amicitie: aut amat̄ q: bonū ſm se: aut vt sit bonū scd̄m se: q: amās amore tali vult amato vl' bonū qd̄ iā hab; vl' qd̄ adhuc nō hab;. Amore vero cōcupiscētie bonū amat̄ ad h̄ vt sit bonū ipius amāt' vl' alteri⁹ cui amās bonū illud ꝯcupiscit. Secūdo vero inq̄ntū sūt respectu diuersoꝝ amatoꝝ: ⁊ tūc amor ille amicitie ⁊ ꝯcupiscētie pñt esse idē act⁹ scd̄m rem: vt cū volo deū mihi: deum amo amore ꝯcupiscētie: ⁊ me amore amicitie: et tñ idē actus est: possūt etiā esse actus differētes ſm rē: ⁊ sic cōparādo vnū amorē ad aliū possibile est amorē ꝯcupiscētie nobiliorē esse ꝙ̄ amorē amicitie ꝓpter maiorē nobilitatē amati: h̄ q: ꝑ charitatē amor cōcupiscentie respectu nobilissimi amati qd̄ est deus ordinat̄ sicē ad finē ad amorem amicitie: nā qui ex charitate vult frui deo qd̄ est ipm̄ amare amore ꝯcupiscētie: h̄ ideo vult vt de⁹ honoret̄ ⁊ glorificet̄ in se qd̄ est ipm̄ amare amore amicitie: q: sic amās deo vult ꝑncipalit̄ gloriā ⁊ honorē: ideo simplicit̄ loquēdo amor amicitie nobilior est: ⁊ charitatis ꝑncipalior actus. Dicendū igit̄ ꝙ deū diligere vt beatitudinis obiectū intelligi pōt dupliciter. Uno modo sic ꝙ diligēs ad hoc ipm̄ diligat: vt suā ꝑfectionē ꝑ ipm̄ ꝯsequat̄: ⁊ sic deū diligere nō est ꝑncipalissimus actus charitatis: nec sub ista rōne ē obiectū ꝑncipale charitat'. Alio modo sic ꝙ diligat̄: quia in ipō sunt oēs ꝑfectiones simplicit̄ qd̄ requirit̄ ad h̄ vt aliqd̄ sit ꝑfecte beatitudinis obiectū: ⁊ sic diligere deum est ꝑncipalissimus actus charitatis: et est dilectio amicitie: q: sic diligēs ꝑncipaliꝰ vult deū habere oēs ꝑfectiones q̄s habet ꝙ̄ velit aliqd̄ aliud. Ex his igit̄ pat; ꝙ deus ex charitate diligit̄ ꝓprie amore amicitie qd̄ est ipm̄ diligere ꝓpter seipm̄ ⁊ nō ꝓpter aliquid aliud. Ad cuius euidētiā dic̄ Tho. scda. 2ᵉ. q. xxvij. ꝙ ſm quattuor genera causaꝝ pōt aliquid diligi nō ꝓpter se h̄ ꝓpter aliud. Primo scd̄m gen⁹ cause finalis sicut diligimus medicinā ꝓpter sanitatē: sed sic ex charitate nō diligimus deū ꝓpter aliud: q: nō ordinat̄ ad aliud sicē ad finē: sed ꝓpter seipm̄: q: ipē est finis vltim⁹ omniū. Secūdo scd̄m genus cause formal' sicut diligim⁹ hominē ꝓpter virtutē: quia sc; virtute formalit̄ bonus est ⁊ ꝑ ꝯsequēs diligibilis: sed sic nō diligimus deū: q: nō informat̄ aliquo alio ad h̄ ꝙ sit bon⁹: sed eius substantia sua bonitas est: ſm quā exemplarit̄ oīa bona sunt. Tertio scd̄m gen⁹ cause efficiētis: sicut diligim⁹ aliq̄s inq̄ntū sunt filij talis patris: ⁊ sic etiā nō diligim⁹ deū: q: bonitas ei nō inest ab altero s; inest omnibus aliqs ab ipō. Quarto scd̄; dispositionē q̄ reducit̄ ad genus cause materialis: dicimur aliqd̄ diligere ꝓpter illud qd̄ nos disposuit ad eius dilectionē: vt ꝓpter aliqua beneficia suscepta: ꝙuis postea ꝙ̄ iā amare incipim⁹ nō ꝓpter illa beneficia amemus amicū h̄ ꝓpter eius virtutē: ⁊ sicē deus diligi pōt ꝓpter aliud: q: sc; ex aliquibus aliqs disponimur ad hoc ꝙ in dei dilectionē ꝑficiamus: vt ꝑ beneficia ab eo suscepta: vl' ꝑ premia sperata: vl' ꝑ penas q̄s ꝑ ipm̄ vitare intēdimus. Secūdo ꝑncipaliter queri pōt de interioribus effectib⁹ cōsequentibus principalē actum charitatis

qui est dilectio: et sunt pncipaliter tres effectus. s. gaudiū: misericordia et pax. Queritur igitur vtrū gaudiū sit effectus ipsius charitatis in nobis: presertim cū ex absentia rei amate magis tristicia sequitur q̄ gaudiū: sed deus quē per charitatē diligimus est nobis absens q̄diu in hac vita viuim⁹: quia q̄diu sumus in corpe pegrinamur a dño: vt dicitur ij. Cor. v. Ad hoc rñdet Tho. scda 2ᵉ. q. xxviij. q ex amore pcedit et gaudiū et tristicia: sed cōtrario mō. Gaudiū enim ex amore causatur vel pter psentiam boni amati: vel etiā pter hoc q ipsi bono amato pprium bonū inest et cōseruatur: et fm hoc maxime ptinet ad amorē beniuolētie vel amicitie per quā aliquis gaudet de amato se psperē gerēte etiam si sit absens: econtrario vero sequitur ex amore tristicia vel pter absentiā amati: vel pter hoc q amatū cui volum⁹ bonū suo bono priuatur: aut aliquo mō deprimitur. Charitas aūt est amor dei cui⁹ bonū imutabile est: quia ipse est summa bonitas: et ex hoc ipso qd amatur est in amante per nobilissimū suum effectū: fm illud. j. Joh. iiij. Qui manet in charitate in deo manet et deus in eo: et ideo spūale gaudiū qd de deo habetur ex charitate causatur: et licz q̄diu sumus in corpore pegrinari dicimur a dño q̄tū ad psentiā clare visionis: tñ amātib⁹ se psens ē in hac vita per grē inhabitatōez: iuxta illd Joh. xiiij. Ad eum veniem⁹ et mansionē apud eū faciemus. ¶ Et si querit vtrū illud gaudiū spūale admixtōez aliquā tristicie recipiat. Rñdet ibidem Tho. q ex charitate de deo duplex causatur gaudiū. Unū quidē principale qd est pprū charitatis. s. fm q gaudemus de bono diuino fm se cōsiderato: et tale gaudiū est meli⁹: nec patitur admixtionē tristicie: sicut nec illud bonū de quo gaudet aliquā mali admixtionē habere pōt: hinc dicitur Phil. iiij. Gaudete in dño semp. Aliud aūt est gaudiū charitatis quo gaudet qs de bono diuino fm q pticipatur a nobis: q pticipatio pōt impediri per aliqd contrariū: et ex hac pte pōt hre pmixtionē tristicie: put scz quis de eo tristatur: qd diuine pticipatiōi repugnat: vel in nobis vel etiā in primis quos tanq̄z nosipos diligim⁹: sic ipa peccata et defect⁹ q̄tidiani incolatusq psentis miserie ac silia q tristiciā causant: eo q defectū importāt pticipatiōis summi boni. Tertio pncipaliter qri pōt de misericordia q sic est interior effectus charitat⁹: vtrū. s. misericordia est virt⁹ aliq̄: presertim

B

cū nihil qd est virtuti ɔtrariū est laudabile: sed Nemesis contrariatur misericordie: vt dicit phūs in. ij. Rheto. Nemesis enim est passio laudabilis: vt dicitur in. ij. Ethic. q misericordia nō est virtus. Nimirū cū dicit Salusti⁹: q oēs homīes q de rebus dubijs ɔsultāt: ab ira et misericordia vacuos esse decet: nō enī animus facile verū puidet vbi ista afficiunt: hec ille. Ad hoc rñdet Tho. scda 2ᵉ. q. xxx. q misericordia dolorē importat de aliena miseria: q dolor nōiare pōt. Uno mō motū appetit⁹ sensitiui: et fm hoc misericordia passio est et nō virtus: imo pōt esse viciū si nō fuerit rōne regulata. Et sic auctoritas Salustij ibi posita intelligitur de misericordia fm q ē passio rōne nō regulata: quia sic impedit consiliū rōnis dū facit a iusticia deuiare. Alio mō nomīare pōt motū appetit⁹ intellectiui fm q alicui displicet malū alterius: q motus esse potest fm rōnem regulatus: et pōt fm hunc motū rōne regulatū etiā regulari motus inferioris appetitus. Unde dicit Aug⁹. in. ix. de ciui. dei. q iste motus animi: scz misericordia seruit rōni: qñ ita prebetur misericordia vt cōseruetur iusticia: siue cum indigēti tribuitur: siue cū ignoscitur penitenti: et quia ratio virtutis hūane cōsistit in hoc q animi motus rōne reguletur: iō cōsequēs est misericordiā esse virtutem. Ad obiectū igitur dicendū: q phūs de misericordia et nemesi loquitur q vtraqz est passio: et habēt quidē cōtrarietatē ex pte estimatōis quā habent de malis alienis: quia de his misericors dolet inq̄tū estimat aliquem indigna pati: nemesiticus autē gaudet inq̄tū estimat aliquē digne pati: et tristatur si indignis pspere succedit: et vtrūqz laudabile est et ab eodem more descēdens: vt ibidem dicitur. Unde ex dictis patet: q illa duo pprie nō contrariantur: quia diuersis respectib⁹ assumuntur: imo verius misericordia virt⁹ moralis est circa passionē existens: et reducitur ad illā medietatē que dicitur nemesis: que sic exhibet misericordiā vt tñ seruet iusticiā. ¶ Et si querit vtrū misericordia sit maxima virtutū. Rñdet ibidē Tho. q misericordia in se est maxima virtutū: ad misericordiā enim ptinet q alijs effundat et eorū defect⁹ subleuet: sed quo ad habentē nō est maxima virtutū nisi is qui habet sit maxim⁹: q nullū habet supra se sicut de⁹: de q dicitur: miseratōes eius sup oīa opa eius: vt pote cui pprium est misereri: q vero sup se aliqd hz illi magis et meli⁹ est ɔiungi superiori q̄ implere defectū inferioris

ris: ⁊ ideo q̄tū ad hominē qui deū habet
supiorē: charitas p quā vnit deo potior ē
q̄ misericordia p quā supplet defect⁹ pri/
morū: sed inter oēs virtutes q̄ ad ꝓximū
ptinent potissima est misericordia: sicut est
etiā potioris actus. Hinc dicit Osee. vj. et
Matth. xij. Misericordiā volo ⁊ nō sacri/
ficiū: q: p exteriora sacrificia vel munera
deus nō colit ꝓpter se sed ꝓpter nos ⁊ ꝓxi/
mos: nō enī indiget sacrificijs nr̄is sed ea
q̄ sibi vult offerri ꝓpter nostrā deuotionē
⁊ ꝓximoꝝ vtilitatē: ⁊ ideo misericordia q̄
defectib⁹ alioꝝ subuenit est sacrificiū deo
magis acceptū: vtpote ꝓpinqui⁹ inducens
vtilitatē ꝓximoꝝ: sm illud Heb. vlti. Bñ/
ficētie ⁊ cōionis nolite obliuisci: talib⁹ eñi
C hostijs ꝓmeret deus. Quarto ṗncipalit
q̄ri pōt de pace: vtrū. s. pax sit effect⁹ ꝓꝑ⁹
charitat⁹: ṗsertim cū dissensio q̄ paci ꝯtrariat
pōt esse cū charitate. Paul⁹ enī ⁊ Barna/
bas dissensisse legunt: Act. xv. sic sacri do/
ctores in aliquib⁹ opinionib⁹ dissentiunt.
Ad hoc rñdet Tho. scd'a 2e. q. xxix. q̄ de
rōne pacis est duplex vnio q̄ reqrit. Una
ē sm ordinationē ꝓprioꝝ appetituū i vnū.
Alia sm vnionē appetit⁹ ꝓprij cū appetitu
alterius: ⁊ vtrāq; vnionē charitas efficit.
Pro quo sciendū: q̄ dupliciter cōtingit cor
hois tēdere in diuersa. Uno mō sm diuer/
sas potētias appetitiuas: sic appetit⁹ sensi/
tiu⁹ plerūq; tēdit i ꝯtrariū appetit⁹ rōnalis: sz
illud Gal. v. Caro ꝯcupiscit aduersus spm̄
Alio mō inq̄tū vna ⁊ eadē vis appetitiua
tendit i diuersa appetibilia q̄ sil' cōsequi nō
pōt: ex q̄ necessariū ē esse repugnātiā motuū
appetit⁹: vnio vero motuū istorū est de rōne
pacis: nō enī h3 hō pacatū cor: etiā si habe
at aliq̄d qd vult q̄diu restat ei aliq̄d volē/
dū: qd sil' h̄ri nō pōt quā vnionē facit cha/
ritas sm qd de⁹ diligit ex toto corde: vt. s.
oīa referam⁹ i ipm: ⁊ sic oēs appetit⁹ nr̄i in
vnū ferunt. Silr dupliciter cōtingere pōt
dissensio diuersoꝝ cordiū: vel eñi cōtingit
i opinionib⁹ tm̄: ⁊ illa dissensio nō repugnat
paci: q: opiniones ptinent ad intellectū q̄
p̄cedit appetitū qui p pacē vnit. Silr etiā
dissentire in paruis bonis nō repugnat pa
ci viatoris: q: talis dissensio p̄cedit ex di/
uersitate opinionū: dū vn⁹ estimat hoc de
quo est dissensio: ptinere ad bonū illud in
quo cōueniunt: ⁊ alius estimat nō ptinere:
⁊ sm hoc talis dissensio de minimis sicut
inter Paulū ⁊ Barnabā: ⁊ de opinionib⁹
sicut inter sacros doctores: licz paci pfecte
repugnet que erit tm̄ in patria: in qua ple/
ne veritas cognoscet ⁊ oīs appetit⁹ cōple/
bit: paci tā ipfecte n̄ repugnat q̄lis habet
in via. Secūdo cōtingere pōt dissensio di/
uersoꝝ cordiū in bonis cōferētib⁹ ad vitā
⁊ p̄cipue i magnis quoꝝ vnio ē de rōne pa
cis: quā vnionē pficit charitas sm q̄ dili/
gim⁹ ꝓximū sicut nosipos: ex q̄ ꝯtingit q̄ hō
vult implere volūtatē ꝓximi sicut suipius:
⁊ ꝓpter hoc inter amicabilia vnum ponit
identitas dilectionis siue electionis: vt
patet in. ix. Ethic. Et Tullius in li. de ami
citia dicit: Qm̄ amicoꝝ est idem velle ⁊ nol
le. Quinto queri pōt: vtrū omnia pacem
appetant: ṗsertim cū dicat Aug⁹. xix. de ci.
dei. tale bonū est bonū pacis: vt in rebus
creatis nihil gratiosius solet audiri: nihil
delectabilius cōcupisci: nihil vtilius possi
deri. Et addit ibidem q̄ omnia pacē appē
tant: cū tamē ꝯtrariū a multis agitari vi/
deamus: de quib⁹ ps. dicit: Cū his q̄ ode/
rūt pacē eram pacificus. Ad hoc dicendū
duplex est pax. Quedā est apparens ⁊ nō
vera: ⁊ illa cōuenit cū cōcordia: nā concor/
dia est quedā vnio voluntatū diuersorum
cordiū: q̄ si malū est in quo cōcordāt: tūc ē
ibi tm̄ cōsensus cordiū: nō aūt cōsensus ap
petituū singuloꝝ cordiū: ⁊ sic non est vera
pax impijs sed solū apparens: verbi grā:
cum in actu cōsentiunt adulterij: vis appe/
titiua tendit in diuersa appetibilia: q̄ simul
assequi nō potest: eo q̄ sensus appetitiuus
tendit in cōtrariū appetitus rōnalis. Affe/
ctat enī miser fedis delectationib⁹ frui: nec
fama pollui: nec vindicta diuina mulctari:
nec cōscientia remordēte cruciari: sed hoc
cōsequi non potest. Secūda pax est vera ⁊
aliquid concordie supaddit ac inuenit tm̄
in bonis: nam si qui cōcordant i bono: tūc
nō est ibi tm̄ cōsensus diuersoꝝ cordiū: sed
etiā cōsensus appetituū singulorū cordiū:
⁊ hanc duplicē pacem scz dei in vnione ap/
petituū singulorū cordiū: quā vt dictū est
operat in nobis charitas dei: ⁊ pacē ꝓxi/
mi in vnione multorū cordiū q̄ ꝓximi cha
ritas in nobis operat: cōmendat domin⁹
discipulis: dicens: Pacē relinquo vobis
scz ꝓximi: pacem meā ⁊c. ⁊ vtrāq; pacē na
turaliter omnes appetunt: nam ⁊ oēs bel/
lantes p bella querūt ad aliquā pacem p/
fectiorē puenire q̄ prius habuerāt in qua
nihil eoꝝ voluntati repugnet: quā pacem
solus deus dare pōt: nec veraciter inuenit
nisi in eo q̄ diuine volūtati p oīa couenit.

De actibus exterioribus chari/ tatis qui sunt triplices: scz corpa/ les: spūales ꝛ reales: Ser. XXIII

Onora patrē tuū
b. ꝛc. Expediti de actibus interio/
rib⁹ charitatis. Iam ad ꝓsequē/
dum actus exteriores ipsius stilū cōuerta/
mus: quos vt p̄senti speculatiōi sufficit tri/
plices distinguere possumus: scz corpales:
B spūales ꝛ reales. Circa igit̄ ad effect⁹
corpales primo queri pōt: vtrū in quātali/
cunq̄ charitate cōstitutus teneat̄ mortem
subire pro christo: p̄sertim cū dicit̄ .j. Ioh.
iij. Qm̄ ille animā suam ꝑ nobis posuit ꝛ
nos debem⁹ ꝑ fratrib⁹ aīas ponere: alio/
quin dicit dñs Luce.ix. Qui me erubue/
rit ꝛ meos sermones corā hominib⁹ ꝛ filius
hominis erubescet eum cū venerit in maie/
state sua. Ad hoc rñdet Bonauē. super .iij.
dist. xxx. q̄ subire mortē intentione place/
di deo cōtingere pōt tripliciter. Uno mō qñ
adest necessitas vel deserendi iusticiam vel
amittendi vitā: ꝛ tūc subire mortē est iusti/
cie ꝛ necessitat⁹. Alio mō qñ se offert oppor/
tunitas manifestādi diuinā gloriā ꝛ edifi/
candi ecclesiā: ꝛ tūc est ꝑfectionis ꝛ supero/
gationis. Tertio mō solū ex hoc q̄ vitam
suā habet exosam: ꝛ hoc est temeritatis et
crudelitatis. Vñ Aug⁹. Illos qui semet/
ipsos p̄focant ꝛ p̄cipitio collidūt ꝓpter vi/
te p̄sentis odiū: dicit esse sceleratissimos ꝛ
crudelissimos homicidas: tractans illud
Ioh. xij. Qui odit animā suā i hoc mūdo:
in vitam eternā custodit eā. Cū ḡ querit̄
vtrum omnes teneant̄ mortē subire ꝑ xp̄o
dicendū: q̄ ꝑ loco ꝛ tempore vbi talis op/
tio dat̄: vel q̄ iusticia deserat̄: vel q̄ vita
perdat̄: ibi oēs quātūcunq̄ sunt imꝑfecti
teneāt̄ subire mortē: ꝛ p̄eligere magis deo
dilecto mori q̄m ipo offenso viuere: sed vbi
non iminet talis necessitas nec talis optio
dat̄: sed tm̄ offert se oportunitas manife/
standi diuinā gloriā ꝛ edificandi ecclesiā:
si quis se tūc morti exponit talē mortē subi/
re ꝑfectiōis ꝛ superogatiōis est: ad quā nō
oēs tenent̄: q: citra dictā necessitatē pos/
sunt subterfugere ꝛ seipm̄ occultare potest.
Nec ex hoc dicit̄ nomē xp̄i erubescere: sed
tūc tm̄ qñ timore mortis negat ipm̄ cōfiteri
nec illud debitū de quo Ioh. loquit̄ in au/
ctoritate iam dicta semp est debitū necessi/
tatis ad qd̄ obligamur: sed est debitū con/
gruitatis ad qd̄ amonemur. Secūdo q̄rit̄
vtrū habētes charitatē ꝑfectā teneant̄ ea
q̄ sunt ꝑfectiōis adimplere: p̄sertim cū sm̄
Grego. in omel. Crescētibus donis rōnes
etiā crescūt donoꝝ: ꝛ cui pl⁹ cōmittit̄ plus
exiget̄ ab eo: cui ḡ cōmittit̄ ꝑfecta chari/
tas: cum deus exigat actū habitui cōueni/
entē: videt̄ q̄ ille tenet̄ ad opa ꝑfectionis:
imo ne deficiat tenet̄ ꝓficere: cum non sit
mediū inter hec: eo q̄ in via dei non ꝓgre/
di regredi est: nec vnq̄ viator in eodē statu
ꝑmanet: nec videt̄ posse ꝓficere perfecta
charitas nisi in operibus ꝑfectionis ꝛ sup/
erogationis. Ad hoc respondet Bonauē.
vbi supra: q̄ quinq̄ modis quis genera ꝑ/
fectionis distingui possunt: ꝛ sm̄ hec q̄nq̄
modis quis obligat̄ ad aliquid. Primū
genus est ꝑfectio iusticie ꝛ sufficientie que
consistit in adimpletiōe mandatorū dei. de
q̄ dicit̄ Matth. v. Estote ꝑfecti sicut ꝛ pa/
ter vester celestis ꝑfect⁹ est. Et ad hoc mā/
datum diuinū obligant̄ omnes tam ꝑfecti
q̄m etiā imꝑfecti. Perfecti tamē eo magis
obligant̄ de bono ꝛ equo: quo magis bo/
num pceperunt: ꝑ quod diuinum mandatū
implere possunt. Secūdū genus est perfe/
ctio religionis que cōsistit in obseruantia
consilioꝝ dei: de qua dicit̄ Matth. xix. Si
vis ꝑfectus esse vade ꝛ vende oīa ꝛc. ꝛ ad
hanc ꝑfectionē quis non obligat̄: licz per/
fectam charitatē habeat: nisi votum religi/
onis interueniat. Tertiū genus est ꝑfectio
p̄lationis: que consistit in regimine subdi/
torū: de qua dicit̄ Luc. vj. Perfectus ois
erit si sit sicut magister eius: vnde propter
officiū susceptū quis obligat̄ ad ꝑfectionē
p̄lationis: alis autē nō. Quartū genus est
ꝑfectio opationis: que consistit in ostēsio/
ne exemploꝝ: de qua dicitur Geñ. ix. Noe
vir iustus atq̄ ꝑfectus in generationibus
suis: vnde licz quis non obliget̄ ad aliqd̄
simpliciter vel sm̄ se: tamē ad euitandum
scandalū pusillorum: qd̄ vtiq̄ graue pecca/
tum est: vt dicit Tho. scd̄a 2ᵉ. q. xliij. Quis
obligat̄ ad ꝑfectionē opationis. Hinc dicit
aplus .j. Cor. viij. Non manducabo carnē
in eternū ne fratrē meū scandalizem. Hinc
iterum dicit: Omnia mihi licent: sed non
omnia expediunt. Quintū deniq̄ genus
est ꝑfectio trāquillitatis: que cōsistit in cō/
summationē difficilimoꝝ optimorū: sicut
dicit̄ .j. Ioh. iiij. q̄ perfecta charitas foras
mittit timorē: ꝛ ꝑ hus dicit: q̄ perfecta vir/
tus optimorū est optima: ꝛ ad hoc q̄s non

obligat nisi secundum conscientie dictamen: per quod obligat ad perfectionem tranquillitatis propter conscientie iudicium: vnde generaliter ad quattuor ultima perfectionis genera que non obligat in perfecta charitate existens: quantum est ex obligatione diuini mandati: nisi superinducatur aliqua noua obligatio ad huiusmodi genera perfectionum adimplenda. Ad obiectum igitur dicendum: quod homo non tenetur semper proficere in charitate: loquendo de profectu qui consistit in augmento et incremento charitatis: quia charitas non augetur in homine continue: sed loquendo de profectu qui consistit in bonorum operum multiplicatione et iusticie exercitatione: sic tenetur quis proficere: qui tamen profectus charitatis non tantum attenditur in impletione consiliorum et operum perfectorum: sed etiam in obseruantiam mandatorum. Tertio queri potest de effectibus exterioribus spiritualibus ipsius charitatis: et primo quo ad primum vtrum scilicet correctio fraterna sit actus charitatis: presertim cum actus contrarij non pertineant ad eandem virtutem: sed supportare peccantem est actus charitatis: secundum illud Gal. vj. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem Christi que est lex charitatis: sed corrigere supportationi videtur esse contrarium. Ad hoc respondet Tho. secunda 2e. q. xxxiij. quod correctio delinquentis est remedium quoddam quod contra peccatum alicuius adhiberi debet. Et quia peccatum alicuius dupliciter considerari potest. s. inquantum est nociuum ei qui peccat: vel inquantum vergit etiam in nocumentum aliorum qui ex eius peccato leduntur vel scandalizantur: vel etiam inquantum est nocumentum boni communis: cuius iusticia per peccatum hominis perturbatur: ideo duplex est correctio delinquentis. Una que peccato remedium adhibet: inquantum est quoddam malum ipsius delinquentis: et ista est proprie fraterna correctio que ad emendationem delinquentis ordinatur: nam remouere malum alicuius est eiusdem rationis cuius est bonum eius procurare: sed procurare bonum fratris ad charitatem pertinet: per quam amato bonum volumus et operamur. Hinc etiam fraterna correctio charitatis actus est: quia per eam fratris malum. s. peccatum repellimus: cuius remotio tanto est deo acceptior et fratri salubrior: quam remotio exterioris damni vel etiam corporalis nocumenti: quanto contrarium bono virtutis magis est affine charitati quam bonum corporis vel exteriorum rerum. Ex quo concluditur quod fraterna correctio magis est actus charitatis quam curatio corporalis infirmitatis: vel exterior subuentio fraternalis egestatis: et pertinet ad omnes: fitque per simplicem admonitionem. Alia vero correctio est que remedium adhibet peccato delinquentis: secundum quod est etiam malum aliorum et precipue nocumentum boni communis: et talis correctio est actus iusticie: cuius est seruare rectitudinem iusticie vnius ad alium: per quam intenditur commune bonum: et pertinet ad superiores: quia non solum fit per simplicem admonitionem: sed etiam interdum per punitionem: vt alij timentes a peccato desistant. Ad obiectum igitur dicendum: quod correctio fraterna non opponitur infirmorum supportationi: sed magis ex ea consequitur: intantum enim aliquis supportat peccantem: inquantum contra eum non perturbatur: sed per beniuolentiam ad eum seruat. Preterea sicut fraterna correctio est actus charitatis: sic etiam alia opera misericordie spiritualis: vt consulere dubitanti: docere ignorantem: consolari tristem: offendenti remittere: onorosos ac graues supportare: et pro omnibus orare: sed quia de his septem generibus elemosyne spiritualis diffuse satis in septem sermonibus tractasse me memini: in sermonibus de tribus partibus penitentie: ideo de his prosequi gratia breuitatis omitto. Quarto queri potest: vtrum cum quantulacunque charitate resistere quis possit quantecunque temptationi: presertim cum gratia quantumcunque modica potentior est et excellentior quam natura: sed homo in statu innocentie constitutus in puris naturalibus quantecunque temptationi resistere poterat quanto magis in quantulacunque charitate vel gratia constitutus: alioquin si quantecunque temptationi resistere non posset: tunc in eo non peccaret quod euitare non posset. Ad hoc respondet Bonauen. sup. iij. dist. xxx. dicens inter alia quod si loquimur quantum ad temptationis exordium: tunc quantulacunque charitas quantecunque temptationi resistere potest: quia vt dicitur .j. Cor. x. Fidelis deus qui non patietur vos temptari super id quod potestis: sed faciet cum temptatione prouentum vt possitis sustinere: deus etiam hominem habentem charitatem nunquam deserit: nisi prius homo recedat a deo: qui potius secundum quod augetur temptationis bellum: operatur etiam deus charitatis augmentum: vnde quantumcunque sit modica charitas in homine: nunquam potest virtus eius ab aduersario deijci: quia secundum quod crescit bellum crescit adiutorium: si homo faciat quod in se est. Si vero loquimur de temptatione quantum ad consummationem victorie. sic non potest esse quod ex modica charitate quis resistat temptationi mariore: nam ordo diuine iusticie non patitur quin ex victoria magni belli fiat ampliatio meriti: vnde si

ista duo nō ɔtradicūt sed simul stant: possibile est q̄ ex parua charitate in p̄ncipio tēptationis ⁊ magna in fine resistit̄ magne tēptationi: ⁊ iterū possibile est q̄ ex parua charitate in p̄ncipio ⁊ fine nō resistit̄ magne temptatiōi: liberū em̄ arbitriū adiutū adiutorio gratie ex vna pte: ⁊ ex alia corruptū vitio cōcupiscētie: cū in illo p temptationē excitat̄ impetus ɔcupiscentie: fm̄ q̄ magis ac magis fortiter excitat̄: fm̄ hoc indiget maiori rep̄ssiuo: sed oīs qui legitime certat: quāto magis excitat̄ in eo impetus temptatiōis tanto magis accrescit virtus resistēdi adeo q̄ nunq̄ deus sinit nos temptari supra id qd̄ possumus sustinere ⁊ resistere.

C Quinto queri potest de effectib⁹ exterioribus realibus ipius charitatis: q̄ sunt beneficētia ⁊ elemosyna. Unde queri potest: vtrum beneficētia sit actus charitatis: p̄sertim cū omne qd̄ quis dat: vel dat sicut debitū: vel sicut non debitū. Beneficiū aūt qd̄ impendit̄ sicut debitū ptinet ad iusticiā: qd̄ v̄o impendit̄ sicut non debitū gratis dat̄: ⁊ fm̄ hoc ptinet ad misericordiā: ex quo cōcludit̄ q̄ omnis actus beneficētie vel ē actus iusticie vel misericordie: nō est igit̄ actus charitatis. Ad hoc r̄ndet Tho. scd̄a 2ᵉ. q. xxxj. q̄ beneficentia nihil aliud importat q̄ facere bonū alicui: s̄ hoc bonū ɔsiderari potest dupliciter. Uno mō fm̄ cōmunē rationē boni: ⁊ hoc ptinet ad rationē beneficētie: ⁊ est actus beneficētie ⁊ est actus amicitie: ac p cōsequēs charitatis: in actu nāq̄ charitatis includit̄ beniuolētia: p quā q̄s amico vult bonum: voluntas autē effectiua est eorum qua vult si facultas assit: ⁊ ideo ex consequēti amico benefacere ex actu dilectionis cōsequit̄. Hinc beneficētia fm̄ cōmunē rationē boni est amicitie vel charitatis act⁹. Unde Bern. in hoc differūt iusticia: beneficētia: iusticia ⁊ misericordia: q̄ beneficētia que ē actus amicicie seu charitatis: respicit in beneficio collato cōmunē rationē boni: iusticia v̄o respicit ibidē rationē debiti: misericordia deniq̄ respicit ibidē rationē releuantis miseriā vel defectū: verūtamē beneficētia nō est alia virtus a charitate: sed tm̄ nominat quēdam charitatis actū.

Sexto queri pōt: vtrum elemosyna sit actus charitat̄: p̄sertim cū elemosynaꝝ largitio sine charitate fieri potest: fm̄ illd̄ j. Cor. xiij. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: charitatē autē ⁊c̄. Ad hec respōdet Tho. vbi supra. q. xxxij. q̄ exteriores actus ad illam virtutē referunt̄ ad quā ptinet id quod est motiuū ad agendū huiusmodi actus: motiuū autē ad dandū elemosynas est vt necessitatē patientis subueniat̄. Unde quidam elemosynā diffinientes dicunt: q̄ elemosyna est opus quo datur aliquid indigenti ex cōpassione ꝓpter deū: qd̄ vtiq̄ motiuū ptinet ad misericordiā: vnde manifestū est q̄ elemosynā dare ꝓprie actus est misericordie: qd̄ etiā apparet ex nomine: nam in greco elemosyna deriuat̄ a misericordia: qm̄ igit̄ misericordia est effectus charitatis: vt patz in. q. iij. sermonis p̄cedentis: ideo ex cōsequēti elemosynā dare charitatis actus ē misericordia mediāte. Ad obiectū ē dicendū: q̄ aliquid ē actus virtutis dupliciter. Uno mō materialit̄ sicut actus iusticie est facere iusta: ⁊ talis actus virtutis esse pōt sine virtute: q̄ multi nō habentes habitū iusticie iusta operant̄: vel ex naturali ratione: vel ex timore aut spe aliquid adipiscendi: aut ꝓpter aliquid simile. Alio mō dicit̄ aliq̄d actus virtutis formaliter: sicut actus iusticie est facere iusticiā eo modo quo iustus facit: scz prompte: delectabiliter: ⁊ amore iusticie: ⁊ hoc mō actus virtutis nō est sine virtute: fm̄ hoc etiā elemosynas dare materialiter pōt esse sine charitate: formaliter autē elemosynas dare: scz ꝓmpte: delectabiliter ꝓpter deū ⁊ omni eo modo quo debet nō est sine charitate.

Septimo queri pōt: vtrū elemosyne corporales effectū habeant spiritualē: p̄sertim cum ex hoc sequi videret̄ q̄ maior elemosyna maiorē effectū spiritualē pficeret: eo q̄ multiplicata causa multiplitiplicat̄ effectus: qd̄ tamen esset contra illud Luce. xxj. vbi dicit̄ de vidua mittente duo minuta in gazophilaciū que fm̄ dominicā sententiā plus omnibus misit. Ad hoc respondet ibidem Tho. q̄ elemosyna corpalis tripliciter ɔsiderari pōt. Uno modo fm̄ suam substantiā: ⁊ fm̄ hoc nō habet nisi corporalē effectū: inquātū. s. supplet corpales defectus p̄ximorū. Alio modo considerari pōt ex parte cause illius qui dat elemosynā: inquātū enī dat elemosynā corporalē ꝓpter dilectionē dei ⁊ p̄ximi: tunc affert fructū spiritualē: fm̄ illud Eccl. xxix. Perde pecuniā ꝓpter fratrem: pone thesaurū in p̄ceptis altissimi ⁊ p̄de-

rit tibi magis q̄ aurum. Hinc etiā vidua q̄ minus dedit ꝫm quātitatē: plus dedit ꝫm ꝓportionē: ex quo pensaṫ in ipa maior charitatis effect⁹ ex qua corꝑalis elemosyna spiritualē efficaciā habet. Tertio mō cōsiderari pōt ex pte effectus: ⁊ sic etiaꝫ habet spūalē fructū inquātū. s. ꝓxim⁹ cui ꝑ corporalē elemosynā subuenit ad orandū pro bn̄factore moueṫ: vñ Ecci. xxix. diciṫ: Cōclude elemosynā in sinu paupis ⁊ hic ꝓ te exorabit ab oī malo. Deniqꝫ vt nemo se excuset de elemosynaꝝ largitiōe multa sunt elemosynarū genera: principaliter tñ septē corꝑalia: ⁊ septē spūalia ad q̄ oīa alia reducunṫ: ⁊ qđ exhiberi nō potest in ope: saltē tribuaṫ bona volūtate. Dicit enim Aug⁹. sup ps̄. ciij. Si potes dare da: si non potes affabilē te fac: coronat deus int⁹ volūtatē vbi nō inuenit facultatē: nemo dicat nō habebam: charitas nō de sacculo erogaṫ. Et iterū in Encheridion: Multa sunt genera elemosynarū que cū facim⁹ adiuuamur vt nobis dimittanṫ peccata: ꝫ ea nihil est maius q̄ꝫ cum ex corde peccata dimittim⁹: hec ille. Ad laudē dei.

De nouem cōditiōibus cōsiderandis ī elemosynis dandis: et de quibus elemosyna fieri potest vt ꝓsint facienti: ac de iniuste extortis: Sermo XXIIII

Honora patrē tuuꝫ

b. ⁊c. Jam ordine debito ꝓsequēdū est de ꝯditiōib⁹ reqͥsitis: vt in elemosynis dandis ordo debitus obserueṫ ⁊ modus: nā sicut modus ⁊ ordo requiriṫ in charitatiua dilectiōe: vt pꝫ supius: sic ⁊ in elemosynaꝝ distributiōe cū mediāte misericordia sit actus ipius charitatꝭ: vt dictū

A est. Ad cui⁹ euidentiā p̄mo queri pōt de modo elemosynas distribuēdi: vtrū. s. elemosyna sit abūdanter faciēda: p̄sertim cuꝫ dicat aplus. ij. Cor. viij. Nō vt alijs sit remissio: id est alij de vestris ociose viuāt: vobis aūt sit tribulatio: id est pauptas. Sed hoc cōtingeret si dareṫ elemosyna abundanter. Ad h̄ rn̄det Tho. scda 2ᵉ. q. xxxij. q̄ elemosynaꝝ abūdantia ꝯsiderari potest dupliciṫ. Primo ex pte dantis: cū. s. quis dat qđ est multū ꝫm ꝓportionē ꝓpie facultatis: ⁊ sic laudabile est abundanter dare: vñ ⁊ dñs Luc. xxj. Laudauit viduā q̄ misit omnē victum suū in gazophylaciū. Uerūtamē oportet illā abundantiā debite circūstantionari ꝫm conditionē ꝑsone ⁊ stat⁹ ꝓut in sequēti sermone latius patebit. Secūdo ex pte eius cui daṫ est elemosyna dupliciter abūdans. Uno mō sic q̄ suppleat sufficiēter eius indigentiā: ⁊ sic est laudabile abundāter elemosynā dare: vñ Aug⁹ in epl̄a ad quēdam comitē. Caue puidens discretionē elemosyne: ita vt vtriusqꝫ: scꝫ dantis ⁊ accipiētis sit solaciū. Alio mō vt supabundet ad supfluitatē: ⁊ hoc non est laudabile sed melius est pluribus indigētibus elargiri. Et hoc ꝓhibet inducta auctoritas Pauli: nō vt alijs sit remissio vel refrigeriū. Loquiṫ enī ibdem de abūdantia elemosyne que supexcedit necessitatem recipiētis: cui non est danda elemosyna vt inde luxurieṫ: sed vt inde sustenteṫ: circa qđ tamē est adhibenda discretio ꝓpter diuersas cōditiones hominū: quoꝝ quidam delicatioribus enutriti magis indigēt delicatis cibis aut vestib⁹. Uñ dicit Ambro. in libro de officijs: Cōsideranda est in largiendo etas atqꝫ debilitas: nōnunq̄ꝫ verecūdia que ingenuos prodit natales: aut si quis ex diuitijs in egestatē cecidit sine vitio suo. Qđ autē subdiṫ: vobis aūt tribulatio: loquiṫ de abūdātia ex parte dantis: vbi tamē dicit glo. nō hoc ideo dicit quin meli⁹ esset. s. abūdanter dare: sed de infirmis timet quos sic dare monet vt egestatē non patianṫ. Secūdo queri potest: qualis ordo tenendus est in elemosynis dandis: cum nō possit omnib⁹ satisfacere. Ad hoc dicendū: q̄ nouem sunt cōsideranda ī elemosynis distribuēdis. Primo fides: qꝛ fidelis p̄ponendus est infideli ceteris paribus. Illi enī nobiscū renati sunt in christo tanq̄ꝫ fratres: ceteri reputanṫ nobis alieni ⁊ hostes christi. Unde Gal. vj. de elemosyna distribuēda ꝓponens subdit: ergo dum tempus habem⁹ opemur bonū ad omnes: maxime aūt ad domesticos fidei. Secūdo necessitudo siue ꝓpinquitas: quibus lege nature magis obligamur: ⁊ sic ꝓpinqui sāguinis extraneis preponunṫ vel p̄ferunṫ: quia ꝫm apostolū: Qui curam suoꝝ ⁊ maxime domesticoꝝ nō habet: fidem negauit ⁊ est infideli deterior. Ita tamē subuenire

debet suis q eciam psistet necessitas: non carnalitas: id est non vitent propter carnalem amorem: sed pascant propter nature sustentationem: alioquin deus nõ esset causa sed caro. Tertio beneficiũ prius acceptum et precipue spirituale: plus enim obligamur beneficiis q aliis etiã pinquis: a quibus scz cõmoda temporalia vel spiritualia recepimus. Cuius ratio est: quia magis debemus reddere debitũ q dare gratuitum. Et ideo magis debemus reddere suscepta beneficia q amicis aliquid gratis dare: sicut magis debemus reddere mutuũ q amicis dare. Et maxime obligamur his q sm Paulum laborant in verbo et doctrina. j. ad Timoth. v. Et iterũ. j. Cor. ix. Si nos vobis spiritualia seminamus magnũ est si carnalia vestra metamus: q̃si diceret: non etc. vide. Quarto meritũ: nam ex honesto et merito melioribus est potius subueniẽdũ. Eccl. xij. Da bono et ne receperis peccatore: et benefac humili et ne dederis impio. Unde dicit Tho. scda 2e. q. xxxij. q sic diligẽdi sũt homines vt eorũ non diligant errores. Et quia exhibitio beneficij dilectiõi correspõdet: ideo peccatori ad sustentationẽ nature debet elemosyna dari si indigeat: cum precipiat nobis etiã inimicis benefacere: sed ad fouendũ eorum maliciã non debemus eis aliquid dare: vnde si cõstaret q eo qd eis dat in peccatũ abuterent: nõ deberet eis dari nisi necessitas extrema exposceret. Quinto tempus: q ceteris paribus senes sunt iuuenibus pferẽdi. Sexto necessitas quia magis dandum est plus egenti: eo q elemosyna est instituta ad necessitatẽ proximi subleuandã: alias enim frustraret elemosyna fine suo: nec haberet meritũ apud deũ: vnde qui tenent capti ab hostibus et psertim infidelibus pferendi sunt aliis. Similiter qui pter debita excruciant in carceribus penis et suppliciis. Nam si pauper afflictionis sue tpe nihil impetrat a te: vel quo iniuste rapit ad mortẽ: plus apud te pecunia tua valeat q vita morituri: nõ est leue peccatũ: vnde. xij. q. ij. c. sicut dno. dicit glo. q ecclesia nõ solum suis captiuis sed etiã extraneis tenet subuenire. Et ibi dicũtur captiui qui ab hereticis vel gentilibus capti sunt: vel a talibus vbi timet piculuz corporis vel anime: tales tenet redimere ecclesia: et etiã quilibet priuatus: et allegat ibidem iura. Septimo debilitas: q claudi ceci: valitudinarij debẽt pferri sanis: imo sm leges qui laborare potest et se immiscet elemosyne: redigit in impatoris seruitutem. C. de men. vali. l. j. li. xj. et sic danda ẽ elemosyna paupibus qui non possunt operari manibus: vt. lxxxij. dist. c. j. Quod sane intelligendũ est de his elemosynis que tendunt ad alimenta vel ad sustentationẽ corporis: sicut est pascere: potare: vestire: hospitari. Nam cum sint immeriti: dignum est vt egestate laborent. Secus est de aliis vt visitare infirmũ: redimere captiuum: si saltem non timent peiora: et sepelire mortuos. Uerũtamẽ in extrema necessitate nulli est elemosyna deneganda: vt. lxxxvj. di. c. pasce fame morientẽ: et. c. non satis est. Nec histrionibus nec venatoribus nec meretricibus est deneganda in necessitate: q tũc in tali nõ honorat vitiũ sed naturã: vt eo. c. qui venatoribus. Unde nec in necessitate neganda est excõmunicatis: vt patet xj. q. iij. c. quoniã multos. in fi. Octauo modus: vt nõ totum vni nec simul effundant opes: sed discrete dispensent: nisi forte quis ex toto vellet relinquere seculum: vt patet lxxxvj. dist. c. fratrẽ nostrũ. §. in ipa liberalitate modus adhibendus est rerũ et psonarum. Rerum vt non omnia vni sed singulis quedã prestent: vt pluribus pdesse possimus: iuxta illud ps. Dispersit dedit pauperibus. Personarũ vt primũ iustis: deinde peccatoribus quibus phibemur: nõ quia homines sunt sed quia peccatores. Nono nobilitas: id est verecundia que ingenuos prodit natales: quod psertim attendit in his qui ex diuitiis sine vitio suo ceciderunt in egestatem. Dicit enim Boetius: q inter omnes aduersitates fortune infelicissimũ genus infortunij est fuisse felicem: lxxxvj. dist. c. dominus. vbi subdit. Considerãda est in largiendo etas atq debilitas: nõnunq etiam verecundia que ingenuos pdit natales: glosa. Nota verecundiã esse signũ nobilitatis: vnde q nobilitas talis attendi debet in dandis elemosynis legit in vitis patrum de quodaz qui singulis petentibus elemosynam dabat: ad quem cum venisset mulier vestita vilibus: aperiens manũ voluit dare multũ: et clausa est manus eius leuãs parũ: venit aũt alia bñ vestita q vidẽs vestes illius misit manũ volens leuare parum sed aperta est leuans multũ. Qd admirans inqui

fiunt de illis mulieribus. ⁊ cognouit ꝙ mu
lier bonis vtens vestib⁹: erat de honestis
mulieribus que venerat ad paupertatẽ: et
ꝑ opiniõe nataliũ erat induta bonis vesti
bus: alia vero accipiẽdi cã vilibus se induit
magis piũ ergo est subuenire pauperibus
nobilibus ⁊ honestis: verecũdis: paupta-
temq; diffidantibus ꝙ̃ effrontib⁹ ostiatim
mendicãtibus. Tertio ꝑinde queri põt:
de quib⁹ facienda est elemosyna vt ꝓdesse
possit facienti. Ad hoc dicendum: ꝙ extra
de deci. c. ex transmissa. tenet glo. ꝙ nõ so-
lum de rebus licite acq̃sitis debet fieri ele-
mosyna: sed etiã de illicite acquisitis fieri
potest elemosyna: ⁊ dari debet decima: si
de illis nõ competat repetitio: ⁊ dominiũ
transferat̃: ⁊ sic meretrix: histrio: ⁊ qui de
mãmona iniquitatis viuũt: id est ꝑ sollici-
tudinẽ temporalẽ: etiã cõtra diuina mãda-
ta acquirũt: debent decimã dare ⁊ elemo-
synam facere. Sacerdos tamẽ non debet a
meretrice decimã recipere ne videat̃ impu
nitatẽ prestare. Uerũtamẽ Hein. bo. vt hãc
questionẽ lucidius ꝓsequens: illã distin-
guit: dicens: ꝙ aliquãdo quedã acquirũt̃
licite ⁊ a bono: ⁊ ex talibus bene acquisit̃
⁊ a bono debet fieri elemosyna: q: tunc fru
ctuosa erit. xiiij. q. v. c. Elemosyna redem-
ptoris nostri oculis ista placet: que non ex
illicitis ⁊ iniquitate cõgerit̃: sed que de re-
bus cõcessis ⁊ bene acquisitis impendit̃.
Aliquãdo sũt licite acquisita sed a malo:
⁊ tũc licz de eis possit fieri elemosyna: non
tamẽ ꝓdest facienti: vt ea. q. c. scriptũ est:
scz Prouerb. xv. Uictime impiorum abomi-
nabiles deo: vota iustorum placabilia. Neq;
enĩ in omnipotentis dei iudicio quid: sed
a quo det̃ inspicit̃. Hinc est enĩ qđ scriptũ
est: Respexit domin⁹ ad Abel ⁊ ad mune-
ra ⁊c. Expedit tamẽ agere bonũ opus mi-
sericordie vel penitẽtie: q: licz nõdum me-
ret̃ in his operib⁹ vitam eternã: nullo mõ
tamẽ manebunt sine remuneratione: vt de
peni. di. v. c. falsas penitẽtias: vbi subdit̃.
Nec tamen desperet: interim quicq̃d boni
facere poterit hortamur vt faciat: vt omni
potens deus cor illius illustret ad peniten
tiã. Si vero illicite sunt acquisita: tunc si nõ
sunt in bonis alicuius domini illicite acq̃-
sita: puta episcopus: clericus: vel mona-
chus venationi deditus ex venatione ali-
qua acquirit contra ꝑceptum ecclesie: qđ
legit̃ de tali venatione in clemen. de statu
mona. c. ne in agro. §. porro. per totũ. ⁊ sic
dicit̃ illicite acquisitũ: quia cõtra prohibi-
tionem iuris posuit: non tamẽ iniuste: q:
nulli fit ꝑiudicium cum ꝑsupponit̃ ibi ꝙ
ius venãdi in illo loco habeant: licz vena-
tioni ꝑsentiam ꝑsonalem exhibere non de-
ebrent: vt ibi ꝑcipit̃. Et a simili intelligit̃
omne lucrũ illicite: licz nõ iniuste acquisi-
tum: vt in festis ⁊c. ꝙ de eis potest fieri ele
mosyna sicut i ꝑsenti casu de illicite acqui-
sitis potest fieri elemosyna. Aut sũt acqui-
sita in bonis alicuius domini eo inuito: in
quo casu nullo modo potest elemosynas
facere: sed tenet̃ restituere: vt. xiiij. q. v. c.
forte aliq̃s cogitat. Et dicit multi sunt chri
stiani diuites ⁊ auari: non habeo peccatũ
si illis abstulero ⁊ paupibus dedero: vnđ
enim illi boni agunt mercedẽ habere pote-
ro: sed huiusmodi cogitatio ex calliditate
diaboli suggerit̃: nam si totum tribuat qđ
eis abstulerat: auget potius peccatũ ꝙ̃ mi
nuat: hec Aug⁹. Et in hoc casu cõcurrunt
vis cõpulsiua ⁊ vis ablatiua: ⁊ sic ꝭm q̃-
dam vsura: furtum ⁊ rapina reputatur. Si
vero iniuste acquirunt̃ domino ignorante:
tunc etiã de eis elemosyne fieri nõ possunt
vt. xiiij. q. v. c. immolantis ex iniquo obla-
tio est maculata. Et in hoc casu cadunt qui
res inuentas nõ habitas pro derelicto ab-
scondunt: vt ea. q. c. Multi sine peccato pu
tant esse si alienũ quid inueniunt teneant:
⁊ dicunt deus mihi dedit: cui habeo red-
dere? Discant ergo hoc peccatũ simile esse
rapine: si quis inuenta nõ reddit: hec Hie-
ronym⁹. Itẽ Aug⁹. Si quid inuenisti ⁊ nõ
reddidisti rapuisti quãtuz potuisti: fecisti:
q: nõ plus inuenisti q̃ alienũ negat si pos-
set ⁊ tolleret: deus cor interrogat non ma-
nũ. Aut acquirunt̃ iniuste domino tradẽ-
te: ⁊ tunc si versat̃ turpitudo ex parte acci
pientis tm̃: tunc in illo casu nõ potest acci-
piens elemosynas facere: sed tenet̃ restitu
ere: ⁊ in hoc casu cadunt omnes facientes
contractus vsurarios ꝓpter improbũ lu-
crum. Et ꝭm quosdã omnes vsurarij ⁊ ad
aduocati exigentes immẽsa salaria ⁊ imo-
derata. Similit̃ medici qui emũgunt egro
tos qui tamẽ sepius de facili curari possũt.
Et officiales qui per imoderatam probita
tem plurima extorquere solẽt. xiiij. q. v. c.
non sane. vide per totũ. Aut versat̃ tur-
pitudo ex pte dantis tm̃: vt vbi meretrici
datur preciũ scorti: ⁊ hoc accipiens retine-

re potest vel elemosynas inde facere. Et hoc propterea dicitur turpe lucrum: quia propter lucrum illud sustinent: vt opprobrio habeantur: vt dicit philosophus. iiij. Ethic. Aut versatur turpitudo ex parte vtriusque: et tunc non potest elemosyna inde fieri: nec etiam debet danti restitui: sed illi persone vel ecclesie in cuius iniuriam data est: exemplum primi: vt pecunia data iudici ad ferendum iniustum iudicium restitui debet non danti sed illi in cuius iniuriam data est: vnde dicitur. xj. q. iij. c. non licet iudici vendere iustum iudicium quominus iniustum. Sed hoc interest quod iudex accipiens vt iustum det iudicium tenetur restituere danti. Si vero vt iniustum tenetur restituere illi in cuius iniuriam suscepit. Et simili modo dicendum est de pecunia data testibus propter iniquum testimonium ferendum: vt. xiiij. q. v. c. non sane. Aduocatus tamen potest vendere iustum patrocinium: et iurisperitus verum consilium: dummodo cum debito moderamine hoc faciant: vt patet ibidem. Verumtamen vt dicit glosa in dicto. c. non licet. xj. q. iij. Si sine labore dare potest consilium: non reuoluendo libros: nec la-

c borando in perlegendis allegationibus: tunc gratis tenetur subuenire: et si causa iniusta est non debet eam aduocatus vel iurisperitus assumere: nec patrocinium vel consilium vendere: sed potius eam acceptam vel assumptam debet deserere postquam perceperit eam esse iniustam: hec glo. et allegat iura. Quarto autem queri potest vtrum id quod iniuste extortum est debeat pauperibus erogari vel ablatis restitui: aut in quibus casibus debet erogari et in quibus restitui. Ad hoc respondet Hein. boyc. extra de iudeis. in. c. cum sit nimis absurdum: quod si scitur a quo est extortum sed non reperitur: tunc debet erogari pauperibus: vt extra de vsuris. c. cum tu. vbi subdit. Cogendi sunt per penam quam statuimus: continuo eas his a quibus extorserunt vel eorum heredibus restituere: vel his non superstitibus pauperibus erogari. Si vero scitur qui sunt et reperiuntur: tunc si est acquisitum in detrimentum terre sancte: debet nihilominus erogare in subsidium terre sancte: vt extra de iudeis. c. ad liberandam: vide processum. Si vero secus est acquisitum: sed illi a quibus est extortum non habent actionem seu ius repetendi: et tunc potest seu debet pauperibus erogari: vt patet xiiij. q. v. c. non sane. § sunt alie: vbi tangit de salarijs imoderatis que recipiuntur ab officialibus: nec tamen repetuntur ab eis: nisi certum sit salarium eis constitutum: et tunc secundum quosdam dari potest pauperibus: consultum tamen est quod ei reddat a quo imoderate recepit si non est diues: vide tertium ibi cum glosa: quod si ius habent vel actionem repetendi tunc non debet pauperibus erogari: sed illis vel eorum heredibus a quibus extortum est vt in dicto. c. cum tu. Preterea ea que restituenda sunt si non possunt ei mitti fideliter et secure cui restitui debent: tunc pauperibus erogari debent secundum Ray. Hostien. et Tho. Si vero fideliter et secure mitti potest: sed tamen fieri commode non potest pensatis circumstantiis: puta quantitate rei debite que est forte modica respectu remotionis loci: qui forte longe distat: et illius diuitijs cui restitutio facienda est: quia tam modica potest esse summa rei restituende quod nullo modo debet pro ea velle proximum tam grauiter onerare: et tunc pauperibus erogari potest. Si vero econtra res restituenda est magna et distantia loci est modica etc.: tunc debet restitui et non erogari pauperibus. In talibus enim ad arbitrium boni viri recurrendum est. Ad laudem dei.

Utrum et qualiter elemosynam dare sit in precepto: et quomodo sub potestate constituti elemosynam dare possunt: Sermo XXV

Honora patrem tuum.

b De elemosyna corporali quedam in generali prosequendo: primo queri potest vtrum elemosynam dare sit in precepto sicut leo papa in sermone de apparitione videtur asserere dicens: In illo magno summoque iudicio tanti estimabitur vel largitatis benignitas vel tenacitatis impietas: vt pro plenitudine omnium virtutum: et pro summa omnium commissorum: et per vnum malum illi in ignem mittentur eternum: et per vnum bonum isti introducentur in regnum. Ad hoc respondet Thomas. secunda 2e. q. xxxij. quod cum dilectio proximi sit in precepto: necesse est omnia illa cadere sub precepto sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet quod ei non solum velimus bonum: sed etiam vt operemur secundum illud. j. Joh. iij. Non diligamus verbo neque lingua. s. tantum sed opere et veritate. Ad hoc ergo quod velimus et operemur bonum alterius: requiritur quod eius necessitati subue-

niamus: quod fit ꝑ elemosynarū corporali
um largitionē: ⁊ ideo ē in ꝑcepto: hinc. lx
xxvj. di. c. non satis. circa fi. Subdit̄. mise
ricordia cōmunis est vsus: ideo cōmune ꝑ
ceptū omnibus officijs: oībus etatibus
necessaria ⁊ ab omnibus est conferenda:
non publicanus: non miles excipitur: nō
agricola: non vrbanus: diues: pauper: om
nes in cōmune ammonentur vt conferant
non habenti. hec ibi. Sed hec intelligēda
sunt scōm ꝙ recta ratio requirit: scōm quā
vt ibidē dicit Tho. ꝯsiderādū est aliquid
tam ex ꝑte dantis ꝙ̄ ex parte recipientis:
vt sic assint oportune circūstantie que sem
per requirunt̄ in ꝑceptis affirmatiuis ad/
īplendis. In dante igit̄ considerandū est
ꝙ aliquādo habet aliquid supfluū tā na/
ture ꝙ̄ ꝑsone: id est tā sustētationi vite sue
ꝙ̄ suoꝝ quoꝝ curā habet: ꝙ̄ etiā decēti cō/
seruationi status sui. Et de hoc ex ꝑcepto
debet fieri elemosyna: etiā si pauperes ex/
treme necessitatis nō cōpareāt: fꝫ illō Lu
ce. xj. Qō supē date elemosynā. Nec opor
tet excusationē future necessitatis ꝑtēdere
vł ꝯsiderare vltra ꝓbabilia signa: qꝛ h̄ eēt
de crastino cogitare. i. curā supfluā habe/
re: sicut fecit Elimelech de quo dicunt He/
brei sup Ruth. j. ꝙ ꝓpt̄ famē q̄ acciderat ī
terra illa: multi paupes recurrebāt ad eli/
melech virū Noemi: quia diues erat ⁊ po
tens: sꝫ ꝓpt̄ auaritiā suā durꝝ ei fuerat pau
ꝑibus cōmodare vł dare. Et ideo ad euitā
das eoꝝ importunitates exijt de terra isrł
cū bonis mobilibꝰ q̄ habebat: ꝫ qꝛ ꝓpt̄ ma
lā causā exijt diuino iudicio ꝑegrinꝰ obijt
cū filijs suis in egestate: vn̄ reuersa Noe/
mi vxor eius in terrā suā ait: egressa sū ple
na. s. filijs ⁊ diuitijs: ⁊ vacuam me reduxit
dn̄s. hec ibi. Qꝫ si obijcit̄: que iuste possi/
dent̄ etiā licite retinēt̄. Ad h̄ rn̄det Tho.
re licitū est: vt patet ex de homici. c. si perfodiens. et c. interfecisti. in glo. Licitū est inquā in quadragesima comedere carnes vt patet extra de obserua. ieiu. c. consilium. per consequens igitur licitum est propter necessitatem famis comedere de idolaticis: dūmodo tamē hoc no fiat in venerationem idolorum: vt dicit glo. in dicto. c. sicut: et et addit q nulla necessitas hominē excusare potest a fornicatione: vt patet. ff. de ritu nup. l. palam. §. nō est ignoscendū. Et si querit causa cur propter necessitatē famis excusatur a furto et nō a fornicatione. Respōdet glo. extra de fur. in. c. si quis. q mulier nō excusatur a fornicatione propter necessitatem famis sed a furto: quia propter necessitatem res facta ē cōmunis: in fornicatione autē nō est ita: et ideo debet' potius mala quelibet pati q̄ malo cōsentire. Ulterius querit glo. quare excusor ab homicidio si ex necessitate me defendēdo aliquē occido et nō a fornicatione. Ad hoc respōdet: non interficio sed potius ipse se interficit q̄ me aggredit: vt. ff. si quadrupes paupe. fe. in. §. arietes. Quarto queri potest: vtrum quilibet proximū a morte liberare teneatur vel defendere cum potest: presertim cū iniuste inuaditur: sicut sonare videtur textus: extra de homi. in. c. sicut dignū. §. illi etiā. vbi dicitur: Qui potuit a morte hominem liberare et nō liberauit eū occidit. Ad hoc respōdēt quidā q hoc intelligitur de iudice qui tenetur ex officio iniuriam a proximo repellere. Alij vero dicunt q hoc ē generaliter intelligendū de oībus: et hoc videtur esse rōnabilius: quia quilibet ex debito charitatis a proximo tenetur iniuriā repellere si sine proprio periculo facere potest: et fm Hosti. probare videtur: qd etiam euidenter docet instinctus naturalis ī brutis animalibus. Inter alia nāq patet hoc de delphino: prout docet phs in. x. de animalibus: solus enim delphin felle caret: et tāmiro modo se inuicem diligūt q si aliquis eorum mortuus fuerit alij efferunt eum sup scapulas et custodiunt ne ab alijs piscibus comedatur: quousq a tempestate maris ejiciatur. Refert etiam Plinius q delphino quodā a rege quodā capto reliquorū ingens conuenit multitudo ad portum vbi delphin ligatus tenebatur quibus plangentibus et quasi miserationē postulantib' rex eum dimitti precepit: nō ergo defendere proximum ab iniusta nece cum sine periculo potest: est illum indirecte occidere: in cuius argumentum vidētes percutere clericū et cum possunt eū defendere nō defendunt: sententiam excōmunicationis incurrunt: presertim si hoc eis incumbit ex officio: vel etiam fm quosdā cum hoc dolose dimitterent: vt patet extra de sen. excom. c. quāte presumptionis. et in glo. Ad hoc etiā habet ar. xxiij. q. v. c. administratores: in fi. et. q. iiij. c. ē iniusta misericordia: nam et simili modo q̄s alium indirecte occidit: victum illi necessariū denegando et homicida reputat: vnde dicit Ambrosius et habet. lxxxvj. di. c. nō satis est: vbi subdit circa finē: pasce fame morientē: quisquis enī pascēdo homines seruare poterī si nō paueris occidisti: et. lxxxiij. di. §. iij. Mortem enim languentibus probatur infligere: qui hanc cū possit nō excludit. et. c. error. c. cōsentire. et extra de homici. c. sicut dignū. §. illi etiā: vbi subditur. Qui potuit hominē a morte liberare et nō liberauit: eum occidit: sicut et animarū homicida reputatur qui propria ignauia cū impedire posset sinit eas perire: vt patet di. xliij. c. ephesijs: quod tamē de superioribus principaliter intelligitur: vnde subdit ibidem. Cū increpare delinquētes noluerit: eos proculdubio tacendo pastor occidit. Ceterū est adhuc aliud genus occidendi indirecte: quo scz quis occidit sola defensione sine animo defendendi illum qui perpetrat homicidiū: exempli gratia. Nam si vadis ad occidendū alium et teipsm illi scienter associas: nō tamē animo ipm incitandi vel iuuandi ad homicidium perpetrandū: nec super hoc cum eo verba aliqua habuisti nec ipse tecum: vel etiā sibi hoc ex animo dissuasisti: licet tibi noluerit acquiescere: sed tu de ipso timens eo animo secum pergis vt si forte alter superualeret et hunc insequeretur: tu ipsum defenderes: sicq propter tuā associationē animosior factus alium occidit: tūc in hoc casu fm Hosti. efficeris homicida defensione sola: vel solo animo defendēdi occisorē: quod etiā expresse patz extra de homici. c. sicut dignū. §. illi etiam: et in glo. nec enim poteris propter hoc ad ordines promoueri: quia irregularis efficeris: et sic intelligit q sola defensione cōmittit homicidiū. extra de cleri. pugnā. in du. c. henricus. I fi. Uerūtamē istud ē intelligendū propter de illegitima defensione: qm si quis iusto precepto iudicis: iusto cōsilio assessoris defensi

one legitima homicidiũ incurrerit: nullus homicidij peccatum perpetrauit. Tertio principaliter cõmittit̃ homicidiũ aliquando a casu preter intentionẽ occidẽdi vel etiã ledendi: de quo queri potest. Utrũ occidens hominẽ casualiter incurrat homicidij reatum: presertim cuz in decretis di. l. plures inducunt̃ canones in quibus homicidia casualia puniuntur. Ad h̃ respondet Tho. scda 2e. q. lxv. ꝙ ṡm phm in. ij. phy. Casus est causa agens preter intẽtionez: et ideo ea que casualia sunt simpliciter loquendo nõ sunt intenta neqꝫ volũtaria et quia omne peccatum est voluntariũ ṡm Augu. cõsequẽs est ꝙ casualia inquãtum huiusmodi nõ sunt peccata. Cõtingit tamẽ ꝙ id qđ nõ est actu et per se volitum et intentum: esse per accidens volitũ et intentum ṡm ꝙ causa per accidẽs dicitur remouens prohibens: vnde ille qui nõ remouet ea ex quibus sequitur homicidiũ: cũ tamẽ remouere potest et debet: tunc erit quodaz modo voluntariũ homicidiũ. Ad cuius euidentiã sciendũ ꝙ homicidiũ ṡm Astẽ. cõmitti potest tribus modis. Primo modo dando operam rei licite: debitãqꝫ diligentiã adhibendo ṡm exigentiam operis puta si quis pulsauerit et lapis cadẽdo aliquem oppressit et occidit: qđ verisimiliter prius timere nõ potuit: vel si secans arborem in aliquo priuato loco vbi nõ ẽ accessus hominũ: et arbor cadens aliquem casu occidit: tũc enim nõ imputatur ei ad culpam: vt patet di. l. vbi dicitur. c. hi qui arborem incidere videntur: si cõtingat vt cadens arbor aliquem occiderit: inculpabiles sunt atqꝫ innoxij: quia nec voluntate illorũ nec desiderio homicidium perpetratuz est et. c. si duo fratres in silua arbores succiderint: et appropinquante casura arboris vnus frater alteri dixerit caue: et ille fugiens in pressuram arboris ceciderit et mortu9 fuerit: viuẽs frater innocẽs de sanguine fratris germani diiudicetur. hec ibi. Secũdo modo casu cõmittit̃ homicidium dando q̃dem operã rei licite: sed nõ adhibendo debitã diligentiaz: vt si q̃s secat arborem in cõmuni transitu: et ante casum illius nõ circũspicit: nec alte clamauerit vt appropinquantes sibi caueant: et tũc in talibus ac ꝯsimilib9 casibus nõ est ĩmunis ab homicidio: quia non excusat̃ a toto sed a tanto ṡm gradum incurie proprie et negligentie: vnde dis. l. ex cõcilio Guarmatieñ. dicit̃. c. sepe contingit dum quis operi necessario insistens arborem incidit: vt aliq̃s subtus ipam veniens deprimat̃: et idcirco si volũtate vel negligentia incidentis arborem factũ est vt homicida penitentie debet omnino submitti: qđ si nõ voto sed incuria illius: nõ hec eum sentẽtia cõtingit: et sic mitius agendũ est cum his quorũ negligentia patratũ est homicidiũ ꝙ cuz his quorũ volũtate et industria factũ est: sicut cum illo de quo legitur: vt refert Jacobus de vitriaco: ꝙ fuit miles quidam vnicum habens filium quem secũ duxit ad prata: in quibus messores fenũ defalcabant: cuz igitur paruulus in herba dormiret vnus de falcatorib9 falcem extendens ignoranter interfecit. Qđ audiẽs pater dolens: et eiulans filiũ sepeliuit. Contigit autẽ vt in die parasceues dictus pater nudis pedib9 ecclesias visitaret: venit ille obuiam dict9 homicida filij sui funem in collo gestans: qui flexis genib9 fusis lachrymis et iunctis manib9 ait: Domine pro illo qui hodie mortem suã inimicis indulsit: et pro suis ĩterfectorib9 exorauit. Supplico vt mortem filij vestri quẽ ignoranter interfeci mihi indulgeatis: ad cuius vocem pater ad misericordiam motus occisori statim filicidij piaculum indulsit: cũ igitur ingressus fuisset ecclesiam et venisset ad deosculãduz crucem: statim imago crucifixi clauis cruci cõfixa manus et brachia de cruce laxauit et amplexans militem eum dulciter osculatus est. Tertio modo casu cõmittit̃ homicidiũ operam dando rei illicite: puta quia proijciebat lapidem vel iaculum siue in ludo siue in corporis exercitio versus locuz vbi solet esse transit9 hominũ: et tunc reus tenet̃ homicidij: ꝙ si facit in loco priuato: vbi nõ estimat̃ accessus hominũ nõ excusat̃ a toto sed a tanto: qꝛ dedit operam rei illicite vel inutili. Ex dictis autem patz ꝙ in omni homicidio nõ volũtario sed casuali maxime respiciendũ est si occisor dedit operam rei licite vel illicite: vtrum ve debitam adhibuit diligentiã: ex hoc enĩ. extra de homici. in. c. lator p̃sentium: excusatur clericus qui in ludo casu alium interfecit: Et ibidem in. c. continebat̃: nõ excusatur clericus qui in ludo casu laicũ interfecit: vt patet in textu intuentib9. Et si queris rõnem diuersitatis: respõdet glo. in dicto. c. cõtinebat̃ ꝙ secundus dabat operã rei illicite ludendo scꝫ cum laico: qđ cleri-

cis nō licet: vt patet ij. q. vij. c. laicos. xxiij. di. c. si igitur: in p̄n. ludus etiam ille clericis nō cōgruebat eo q̄ perniciosus erat: ludus autem perniciosus nō debet esse impunitus: vt. ff. de fur. in furti actione. §. cum eo: nec etiam occisor diligentiam adhibuit quā debuit: quia cum sciret ludi conditionem: nō remouit a se falcem: et sic vbiq̄ fuit in culpa: primus vero ludebat cum clerico et licito ludo: et de illo cultello nō sperabatur aliqd̄ mortale: et alter qui mortuus est se potius ingessit: aliū ad terram proiciendo: in cuius cultellū cecidit et occubuit qui ꝓpter ad terrā proiectus in culpa non fuit: sed qui ipsū proiecit. Ad laudem dei omnipotentis.

Utrum grauius sit occidere iustum vel peccatorem de abor:su et occisione propria: an etiam per castitate seruanda liceat se committere periculo: Sermo III

Non occides. Exodi. xx. Expediti de trib⁹ modis homicidij corporalis qd̄ facto vel manu perficit̄: iam quartū breuiter ꝓseq̄mur: qui modus cōmittit̄ impia volūtate ipellente: et hoc homicidij genus habet ꝓprie cōpletam homicidij rationem: tam formalē q̄ materialem qd̄ quis cōmittit vel in alterū vel etiā in semetipm̄. In alterū autem perficit̄ vel ex libidine vindicte: sicut intendens exercere vindictam in eo qui patrē eius interfecit: vel etiam ex animi crudelitate qd̄ execrabili⁹ ē: sicut latrones vel irati occidūt hominē: vl̄ deniq̄ ex cupiditate: fauore: amore vel similib⁹ affectib⁹ inordinatis q̄ oīa sūt in lege ꝓhibita et crimīa grauissima.

A Hic p̄mo q̄ri potest: vtrū sit grauī⁹ peccatū occidere innocentē et iustū q̄ occidere peccatorē: p̄sertim cū in genere pctōꝝ que contra proximū cōmittunt̄: tanto videtur aliquid esse maius peccatū: quanto mai⁹ infert nocumentū illi in quē peccat: sed occisio plus nocet peccatori q̄ innocenti: qui de miseria hui⁹ vite per mortem transit ad celestē gloriā: cū ecōtra pctōr subita morte p̄uent⁹ p̄dit pariter corp⁹ et aīaz: q̄ reseruata ad vitā p̄n̄tē: reuocari poterat ad penitētiā. Ad h̄ respōdet Tho. scd̄a. 2ᵉ. q. lxiiij. q̄ nullū hoīem licet occidere fm̄ se cōsideratū quia in quolibet etiā peccatore debemus amare naturaz quā de⁹ fecit: que per occisionē corrumpitur: vnde peccatoris occisio tm̄ reddit̄ licita p̄ cōparationē ad bonū cōmune qd̄ per ei⁹ crimē corrumpit̄: vita vero iustoꝝ est cōseruatiua et promotiua boni cōmunis: quia ipi sūt pars principalior multitudinis: et io nullo modo licz occidere innocentē: quapropt̄ plus peccat interficiens innocentē q̄ peccatorē: et hoc ꝓpter quattuor. Primo q: nocet illi quem ex debito plus diligere deberet: et sic mag̃ agit contra charitatem. Secūdo q: infert iniuriam illi qui est min⁹ dignus: et sic agit magis cōtra iusticiam. Tertio q: p̄uat cōmunitatē maiori bono. Quarto q: ex hoc magis contemnit deum: fm̄ illud Luce. x. Qui vos spernit me spernit: qd̄ dominus ostendit cū dixit. Saule saule quid me persequeris. Ad autē obijcitur de peccatore qui maius nocumentū sustinet: vtpote p̄dens vitam pariter et animā. Ad hoc dicendum q̄ in pensanda grauitate peccati magis est cōsiderandū illud qd̄ est per se: q̄ id qd̄ est p̄ accidens: nā q̄ iustus occisus ad gloriā transeat: p̄ accidēs se habet ad occisionez. Ex dictis ergo satis perpendi pōt: quante sit malicie paruulos innocentes iugulare: quoꝝ etiaz oppressores homicide detestabiles iudicantur: presertim si voluntarie hoc faciant: q̄ si preter voluntatē et animū occidendi contingat oppressio: nō tamen excusantur oppressores si sua negligētia hoc actum est: vt quia secum in vno lecto posuerunt: vt expresse patet. ij. q. iiij. vbi dicitur. c. consuluisti. de infantib⁹ qui in vno lecto cum parentibus dormientes: mortui reperiunt̄: et infra monendi nanq̄ sunt et protestandi parentes: ne tam tenellos secum in vno lecto collocent: ne negligentia qualibet proueniente suffocentur: vel opprimantur: vnde ipi homicidij rei īueniantur: vbi dicit glo. licet opprimens nocere noluit: dū tm̄ fuit in culpa licet leuissima. Culpa autem est q̄ a diligenti poterat preuideri et non est preuisum: et ideo tenetur in hoc casu quantum ad deum: nō tamen punietur ratione homicidij sed ratione negligentie: ita q̄ minor imponitur pena vel penitentia ab ecclesia pro negligentia q̄ si fecisset ex animo: vt patet dist. l. vbi dicitur. c. si quis voluntate homicidium fecerit: ad ianuam ecclesie catholice

semper iaceat: et cõmunionem in exitu vite sue accipiat: si autem nõ voluntarie sed casu aliquod homicidiũ fecerit prior canon. vij annis agere penitentiã iussit: secund⁹ quinqꝫ mandauit. Ille vero canon ponitur ibidem ex cõcilio Neocesarieñ. I. c. eos vero: et subditur in textu dicti. c. cõsoluistis: quia si ille qui cõceptum: glo. viuificatũ in vtero per aborsũ deleuerit homicida est: vt pz Exo. xxj. quantomagis qui vnius saltẽ diei puerulũ peremerit homicidã se esse excusare nequibit. Hinc etiam extra de his: qui fil. oc. in. c. de infantib⁹. cõcludit glo. q si quis sponte filiũ interemit grauissima pena debet ei imponi: aliquantulũ maior quam pro alio homicidio: quia magis videtur peccare proprium filium occidendo: et secundum leges fortiori pena puniri debet: vt. C. e. l. vna. Si vero casu nõ voluntate interemit sed graui culpa precedente: tunc penitẽtia. vij. vel. v. annorum est imponenda: ar. di. l. c. si qua femina. Si proinde leuis culpa precessit: tunc penitẽtia trium annorum imponi debet: vt in dicto. c. de infantibus. Si deniqꝫ nulla culpa vel negligẽtia precessit in nullo de iure sunt puniendi: licet ad cautelã eis penitentia debet iniungi propter ambiguum dubietatis cõsideratis circũstantijs. Secundo queri potest: vtrum omnis aborsũ procurans homicida censendus est. Ad hoc respondet canon. xxxij. q. ij. c. q non. et c. moyses inter alia ponẽs differentiã inter aborsum corporis animati et inanimati: dicẽs: Moyses tradidit scz Exo. xxj. q si quis percusserit mulierẽ in vtero habentẽ et abortum fecerit: si formatũ fuit. glo. ad plenũ dabit percutiens animã pro anima: si autem informatũ fuerit mulcetetur pecunia: vt probaret nõ esse animã ante formã. Ex quib⁹ bus verbis datur intelligi q anima nõ infunditur nisi prius corpus ad plenũ fuerit formatũ: nec aborsum reputatur homicidiũ nisi prius corpus fuerit animatũ. Hinc dicit Hiero. ad algasiam: et ponitur. e. ti. c. sicuti: q semina paulatim formantur in vtero: et tamdiu nõ reputatur homicidium donec elemẽta cõfecta suas imagines membraqꝫ susceperũt. Et si obijcitur illud quod ponitur extra de homicidio. c. si quis causa explende libidinis vel odij meditatione homini aut mulieri aliquid fecerit: aut ad potãdũ dederit vt nõ possit generare aut cõcipere aut nasci soboles: vt homicida teneatur. In quibus verbis intelligi datur q procurans sterilitatem vel etiam aborsum fet⁹ inanimati iudicatur homicida. Ad hoc respõdet glo. q hoc est verũ quantũ ad penam legalem: vt. ff. de penis. si quid. §. cum abortionis. ff. ad. l. cor. de sic. sed mulierem: nõ tamen efficitur irregularis ac si hominẽ interfecisset: quia nõ cõtrahitur irregularitas nisi fetus iam animatus interficiatur: nec interficitur vt homicida sed punitur pecunia sed dicitur homicida occasionaliter vel indirecte: sicut di. lxxxvj. c. nõ satis. §. pasce fame moriente: quisquis enim pascẽdo homines seruare poteris: si nõ pauisti occidisti: et. lxxxvij. di. c. si expositus. Tertio queri potest: vtrum clericis licitum sit occidere maleficos: presertim cũ Moyses a leuitis interfici fecit vigintitria milia hominum in vindictam adorationis vituli: vt habetur Exod. xxiij. Et phinees sacerdos interfecit israhelitã coeuntẽ cum madianitide: vt patet Numeri. xxv. Samuel quoqꝫ regẽ Amalech interfecit: vt patet. j. Regũ. xv. Helyas etiã sacerdotes Baal: et petrus Ananiam et saphiram. Ad hoc respõdet Asteñ. lib. j. ti. xv. q clericis occidere nõ licet: quia dicit apls. j. Timo. iij. Oportet episcopum esse sine crimine nõ vinolentum: nõ percussorem. Et Bern. scribit ad Eugenium papã. Aggredere subditos nõ ferro sed verbo: quid denuo gladium vsurpare temptas quẽ semel iussus es ponere in vaginam scz in Petro cui dictum est. Mitte gladium tuum in vaginã: et ratio huius est: quia hoc precepto nõ occides cuilibet auctoritate sua prohibetur occidere. Cum ergo ministris veteris testamẽti fuerat auctoritas cõmissa: ministris autẽ noui testamẽti nõ est cõcessa vt per se queqꝫ interficiant: ideo ex consequenti prohibetur illo precepto clericis in casu iusticie aliquem interficere. Ratio vero cur hec auctoritas nõ est cõmissa clericis noui testamẽti duplex est: prout lati⁹ patet in primo sermone precepti huius post mediũ. Quarto queri potest: vtrum liceat alicui seipsum occidere ex quacũqꝫ ratione vel causa vrgente: presertim cũ et Samson seipsum interfecit: vt patet Judicũ. xvi. qui tamẽ cõnumeratur inter sanctos. ad Heb. ij. Similiter et Rasias seipsum interfecit: magis eligẽs nobiliter mori quam peccatoribus subdit⁹ fieri: et cõtra naturales suos iniurijs agi: vt patet ij. Mach. xiiij. Quod autẽ nobiliter fit et fortiter nõ videtur esse illicitum. Ad hoc dicẽdum secundum Tho. scda 2ᵉ. q.

lxvij. ⁊ Hosten. li. j. ꝙ seipm̄ occidere ē omnino illicitum: nisi hoc fieret iussu diuino vel instinctu speciali spūssancti: ⁊ hoc triplici ratiōe. Primo quia faceret contra legem naturalē ⁊ legem scriptam: et peccat in seipm̄: nam res quelibet naturaliter seipsam diligit: ⁊ ideo quelibet res naturaliter se ī esse cōseruare laborat: resistēdo corrumpētib⁹ inquātū potest: ⁊ ideo ꝙ aliq̄s seipm̄ occidit est cōtra naturalē inclinationem ⁊ ꝯtra charitatē qua quilibet seipm̄ diligere debet. Est etiam contra legem diuinam: quia ſm Augu. in pmo de ciuitate dei quod dictū est: non occides: de homine intelligamus: nec ergo alterū nec te: nec enī aliquid aliud q̄ȝ hominē occidit qui seipm̄ occidit: ⁊ ideo semꝑ ē mortale ⁊ enorme peccatū. Secundo quia peccat in ꝓximū: nam quelibet pars id qd̄ est ē toti⁹: q̄libet autē homo est pars cōmunitatꝭ ⁊ sic id quod ē est ipius cōmunitatis: in hoc ergo ꝙ seipm̄ interficit: iniuriaȝ cōmunitati facit: vt patet ꝑ phm̄ in .v. ethicē. Usurpat enī sibi iudiciū sanguinis: quod nō lȝ etiā publicā habēti potestatē nisi seruato iurꝭ ordine: vt supra dictū est: nullus autē iudex suiipius esse pōt. Tertio quia peccat in deum nam vita quoddā donum ē homini diuinitus attributū ⁊ ei⁹ potestati subiectum: qui occidit ⁊ viuere facit: ⁊ ideo q̄ seipm̄ vita priuat in deuȝ peccat: sicut qui seruū alienū interficit peccat in dominuȝ cuius est seruus. Ad solū enī deum ꝑtinet iudiciū mortꝭ ⁊ vite: ſm illud Deut. xxxij. Ego occidam ⁊ ego viuere faciam. Ex quibus omnib⁹ concludit̄ ꝙ nullo modo licitum est alicui seipm̄ occidere nisi ex speciali instinctu spūssancti: sicut dicit Augu. in j. de ciuitate dei. Non samson excusat̄ aliter ꝙ seipm̄ cum hostibus ruina dom⁹ oppressit: nisi quia latēter spūs hoc iusserit q̄ ꝑ illum miracula faciebat: ⁊ eandē rōnem assignat de quibusdā sanctꝭ feminis: que ꝑsecutiōis tēpore seipās occiderūt: quarū memoria in ecclesia celebratur: vnde circa hunc articulū multi quondā errauerunt: crudeles sibi ꝑis man⁹ homicidas iniicientes: q̄daȝ enī ex peccati horrore ⁊ desperatione vt iudas: cum tamē nulli liceat seipm̄ ꝓpter peccatū cōmissū occidere: tū q2 in hoc sibi maxime nocet: eo ꝙ sibi adimit necessariū tēp⁹ penitētie: tū q2 desperatio extremū malū est: a q̄ decetero releuari nō pōt: vnde Augu. j. de ciuitate dei. c. xix. re

probat factū Lucretie q̄ seipām occidit q2 fuit ab alio oppssa: ꝓ quo tm̄ facto eam romani laudib⁹ extulerūt: de qua Lucrecia plenius vide .xxxij. q. v. c. ꝓposito: quedā etiam mulieres ꝓ castitate vel virginitate seruanda leguntur seipās occidisse: cū tamen nulli mulieri liceat seipāȝ interficere ꝓ seruanda castitate: ſm Io. an. extra de sepul. in. c. ex ꝑte. ij. ⁊ h̄ tenet archid. xxiij. q. v. c. nō ē: cui⁹ ratio ē ſm Tho. vbi supra: q2 non debet ī se cōmittere crimē maximū qd̄ ē suiipius occisio: vt vitet min⁹ crimen alienū: non enī est crimē mulieris ꝑ violētiam violate si consensus non assit: q2 non inq̄nat̄ corp⁹ nisi de cōsensu mētis vt Lucia dixit: qd̄ etiam latius ostendit̄ .xxxij. q. v. c. j. cum trib⁹ sequentib⁹. Cōstat etiaȝ minus esse peccatū fornicationē vel adulterium q̄ȝ homicidiuȝ: ⁊ ꝑsertim suiipius quod ē grauissimū: quia sibiipi nocet cui maximā dilectionē debet: ē etiā periculosissimū quia non restat tēpus vt ꝑ penitētiam expiat̄. Hinc etiā grauissima sequit̄ punitio: vñ ex cōcilio bracharen. dr̄. xxiij q. v. c. placuit: vt hi qui sibiipis volūtarie aut ꝑ ferrū aut ꝑ venenū aut ꝑ p̄cipitium aut ꝑ suspendium vel quolibet modo inferunt mortem: nulla ꝓrsus ꝓ illis in oratione cōmemoratio fiat: neq̄ cū psalmis ad sepulturam eoꝝ cadauera deducant̄: multi enī ꝑ ignorantiā hoc sibi vsurpāt. Similiter ⁊ de his placuit fieri q̄ ꝓ suis sceleribus moriunt̄: impenitētes subaudit̄: hoc ibi: quod etiā itelligit̄ de eo q̄ seipm̄ interficit: n̄ aliquātulū supuiuēs pniāȝ agit. Similiter ſm Tho. nulli seipm̄ licȝ occidere ob timorē ne ꝯsentiat in peccatū: quia nō sunt faciēda mala vt inde veniāt bona: vl̄ vt vitent̄ mala: p̄sertim minora ⁊ min⁹ certa: incertum est enī an aliquis in futuꝝ cōsentiet ī peccatū: quia potēs ē domin⁹ hominē quacūq̄ tēptatione supueniēte a peccato liberare et p̄seruare. Proinde refert Lactanti⁹ li. iij. de falsa sapiā: ꝙ multi ex his q̄ animas eternas esse suspicabant̄: sibiipsis iniecerunt man⁹ homicidas tāq̄ȝ ī celū eēnt migraturi: vt Cleātes: Crisipp⁹ Zerio: ⁊ sic de alijs. Similiter ⁊ Empedocles qui se in ardētꝭ ethne specu intēpeste noctis deiecit: vt cum repēte non apparuisset ad deos abisse crederet̄: affectu cōplacentie humane ⁊ vane glorie delusus: cuȝ ecōtra dicit apl's. Si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeam ⁊c. sicut priores ob amorem

eterne vite se neci tradiderunt: et ex romanis Catho qui fuit i omni vita sua Socrati ce vanitatis imitator: et ipse romane sapie princeps: qui anteque se occideret plegisse librum Platonis dicit: qui de eternitate animarum scriptus est: et ad summum nephas phi auctoritate compulsus est: et Ambrachiotes ille qui cum eundem librum plegisset precipitem se dedit: nullam ob aliam causam nisi quia Platoni credidit: vnde dicit Augu. j. de ciui. dei: quod error fuit gentilium quod mors esset optanda omnibus: et quod virtutis est siue constantie vel magnanimitatis: quod homo sibi mortem inferat: quem errorem Augu. reprobat et etiam omnes doctores. Quinto queri pot: vtrum igitur pro saluanda castitate vel honestate licitum esset se committere casui: etiam si inde posset mors sequi: dum tamen hoc certum non sit: sed se sperat euadere posse. Ad hoc respondet glo. prima: extra de sepul. in. c. ex pte. ij. quod sic: dummodo ex illo proposito non faciat vt se interficiant: quia si tunc sequeretur mors vel mutilatio iudicaretur homicida. Pro quo sciendum quod sicut nullo modo licitum est alicui seipsum occidere: sic nullo modo licitum est seipsum mutilare: quia ex hoc non solum irregularis sed etiam homicida quodammodo iudicaretur: vt patz extra de cor. vitia. c. significasti: vbi agitur de quodam qui sibi fecit amputari virilia credens se per hoc obsequium prestare deo: sed i hoc displicuit: vt dicit glo. quia non ferro sed religione querenda est castitas: vt. xxxiij. q. v. c. tunc saluabitur: in fi. cum eo tamen Clemens papa. iij. in hoc dispensauit vt facere posset officium sacerdotale preter quod officium misse. id est fm glo. baptizare: penitentiam dare: sacramenta ministrare et alia pficere que solis sacerdotibus sunt concessa. Et addit glo. quod reputatur homicida: quod etiam expresse patet di. l v. vbi dicitur. c. Si quis absciderit semetipsum. id est qui amputauerit sibi virilia non fiat clericus: quia suus est homicida et dei conditionis inimicus: si quis cum clericus fuerit absciderit semetipsum omnino damnetur quia suus est homicida: hoc ibi. Verumtamen si talis castratio non sponte sed casu vel necessitate vt propter languorem a medicis: vel propter psecutionem a barbaris: propter necessitatem a dominis: propter infantiam a parentibus et in similibus: nec a promotione ppeditur nec homicida iudicatur: vt patz extra de cor. viti. c. ex pte. j. et. ij. di. l v. c. si quis a medicis et tribus sequentibus: et simili modo intelligendum est de quolibet membro absciso: vt. e. ti. c. qui partem cuiuslibet digiti sibi volens abscidit: hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigerit dum aut opi rustico curam impendit: aut aliquid faciens se non sponte perculit: hos canones pcipiunt id est pmittunt cleros fieri: et si in clero reperti fuerint non abijci: in illis enim voluntas est iudicanda que sibi ausa fuit ferrum inijcere: in istis vero casus veniam meruit: quod quidam sane intelligunt si dedit operam rei licite: secus tamen si dedit operam rei illicite: quod expresse patet ex de cleri. pug. i duello. c. j. i glo. vnde. xxxiij. di. c. maritum. et. c. coiter promoueri prohibentur ad sacros ordines tanque indigni propter diuersos casus ibidem enumeratos. Ad laudem dei.

De iniusto bello quod fit quinque modis: et de bello iusto ac de his que rapta sunt in bello: Sermo IIII

Non occides Exo.

xx. Jam ordine congruo de bello prosequendum est in quo contingunt plura homicidia rapine et similia. Pro quo sciendum est fm canonistas quod septem sunt bellorum species. Primum bellum dicitur romanum quod scz fit inter fideles et infideles: quia romana est caput fidei. Secundum dicitur iudiciale quod scz auctoritate iudicis fit. Tertium dicitur licitum vel iustum quod scz fit auctoritate iuris. Quartum dicitur necessarium quod scz fit ad sui defensionem: et in istis bellis dicunt quod quis non tenetur ad restitutionem. Quintum pinde dicitur psumptuosum quod scz fit contra iudicem vel superiorem per contumaces vel inobedientes iudici vel superiori. Sextum dicitur temerarium quod scz fit contra iuris auctoritatem. Septimum dicitur voluntarium: quod scz assumitur auctoritate propria: et in his tribus dicunt quod quis tenetur ad restitutionem. Ad maiorem autem euidentiam in generali distingui pot duplex bellum scz iniustum et iustum ac per consequens sicut omne bellum iniustum redditur illicitum ex eo quod iniustum ita et omne bellum iustum redditur licitum. Iniustum autem et illicitum redditur bellum multis modis. Primo ex ratione vel animo vlciscendi: etiam si iustam habens causam bellum moueat et ideo iniuste agit et grauiter peccat: vnde. xxiij. q. j. dicitur. c. quid culpatur in bello: an quia morituri quandoque moriuntur vt dominentur in

pace victuri: nocendi cupiditas vlciscendi
crudelitas: impacatus et implacabilis ani-
mus: feritas rebellandi: libido dominan-
di et si qua sunt similia: hec sunt que in bellis
iure culpantur etc. Hinc etiam quantumcumque quis
iustam habeat causam belli: si ex animo est in-
iustum: tunc non licite capit nec retinet: vt
e.q.c. militare. Secundo redditur iniustum ex
loco puta quia fit in loco sacro: vt patet li.
vj. de immu. ec. c. decet: vnde. xij.q.ij. in c.
cum deuotissimam: dicit glo. quod emunitas di
citur priuilegium quo gaudet ecclesia: vt in am
bitu suo non fiat pugna vel insultus vel ra
pina: per. xxx. vel. xl. passus: vt patet. xvij.
q.iiij. sicut antiquitus: et delinquentibus pena
ponitur. e.q.c. si quis contumax. Tertio red-
ditur iniustum ex tempore: quod patet extra
de treuga et pace. c.j. vbi dicitur: treugas a
quarta feria post occasum solis vsque ad secun-
dam feriam in ortu solis ab aduentu domi-
ni vsque ad octauas epiphanie: et a. lxx. vsque ad
octauas pasche ab omnibus inuiolabiliter ob-
seruari precipimus: si quis autem treugas fran-
gere presumpserit: post tertiam admonitionem
si non satisfecerit: episcopus suus excommunica-
tionis sententiam dictet in eum: et alia multa
dicit in textu. Glo. ibidem: treuga est securi-
tas prestita rebus et personis discordia nondum fi-
nita. Et nota quod hec treuga in textu posita
est canonica et non conuentionalis: si enim esset
conuentionalis semper seruaretur: quia fides ho
sti seruanda est: verumtamen quod hic textus dicit
hodie non tenet: et episcopi qui non seruant hanc
constitutionem non dicuntur transgressores: quia
non fuit moribus vtentium approbata hu-
B iusmodi treuga: secundum glo. Hic queri potest:
vtrum bellare liceat diebus festis: cum festa
sint ad vacandum diuinis ordinata: sabbatum
enim intelligitur requies: sed bella maximam
inquietudinem habent. Ad hoc respondet Tho.
secunda 2e. q. xl. quod obseruatio non impedit ea
que ordinantur ad hominis salutem etiam cor-
poralem: vnde dominus arguit iudeos dicens. Jo.
vij. Mihi indignamini quia totum hominem saluum
feci in sabbato: et inde est quod medici licite me
dicari possunt homines in sabbato: multo
autem magis consideranda est salus reipublice
per quam impediuntur occasiones plurimorum et
innumera mala temporalia et spiritualia: quam salus
corporalis vnius hominis: et ideo pro tuitione
reipublice fidelium licitum est in diebus festis ex
ercere iusta bella: si tamen necessitas hoc ex-
poscat: quia hoc esset temptare deum si iminen
te necessitate quis a bello vellet abstinere:
sed necessitate cessante non est licitum bellare
in diebus festis propter rationem inductam.
Quarto redditur iniustum ex parte cause: quando
scilicet inferens vel defendens non fouet iu-
stam causam inferendi vel defendendi: vnde
xxiij.q.ij.c.j. dicit glo. quod bellum est iniustum
ratione rei: vt si non est pro repetendis rebus
intelligo propriis vel pro defensione patrie in-
telligo iusta defensione: quia si verus do-
minus papa vel princeps populum suum seu
de iure sibi subiectum sibi inobedientem vel
rebellem bello opprimeret: defendentes pa
triam iniuste agerent et peccarent: vt proba
tur. xxiij.q.iij.§. item ab aliquo: vbi patet quod
iuste interficiendus non debet fugere mor-
tem iniuste: tanta est vis iustitie. Quinto
redditur iniustum ratione persone. Pro quo scien-
dum quod primo consideranda est persona que bellum ge
rit: an scilicet clericus vel laicus: quod si clericus nullam
habens iurisdictionem: tunc bella mouere
non debet: sed licite potest in necessitate se
defendere: vt patet li. vj. de sen. excom. c.
dilecto: quod si iurisdictionem temporalem habet:
tunc licet secundum quosdam etiam in casu licito non
posset vti gladio temporali nisi prius vtatur
gladio spirituali: tamen hoc communiter repro-
batur per Inno. Hosti. et alios doctores in di
cto. c. dilecto: et dicunt quod idem est dicendum
de eis quod de secularibus iudicibus: ita quod
quilibet prelatus iurisdictionem habens tem-
poralem contra inobedientes subditos licite
mouet arma: vt patet expresse. xv.q.vj.c. au-
ctoritatem cuius est ratio quia tunc proprie non
dicitur fieri bellum per prelatum sed potius iu-
stitie vel iuris executio. ff. de rei ven. l. qui
restituere: quod est tantum dicere: quod iuris execu-
tio non habet iniuriam. Similiter episcopi cum
sint executores canonum: vt de offi. or. c.j.
ideo licite mouere possunt bella contra here
ticos vel infideles. xxiij.q.vij. ca. si de rebus:
vide textum extra de here. c. excommunicamus: simi
liter contra insidiantes vel insequentes hostili
ter cardinalem: vt li. vj. de penis. c. felicis:
quia tales sunt diffidati a iure quasi ho-
stes et rebelles iuris. Et idem sentiendum est de
quolibet qui haberet ipsius iuris executi-
onem exercere: imo forte et quilibet priuatus
dummodo precedat declaratio sui iudicis: que
declaratio in criminibus ecclesiasticis est necessa-
ria ab ipso fienda: vt patet li. vj. de here. c. pre-
sidentes. c. vt inquisitionis. §. prohibemus: sic
in qualibet confiscatione vel pena pecunia-
ria seu bonorum apprehensione facta a iure: non
debet executio fieri: nisi precedat iudicis

declaratio: vt voluit Jo. an. post archid. li. vj. de penit. in. c. felicis. Secundo vero considerāda est psona que auctorizat: nam si indicit bellum cōtra subditum proprium rebellem et cōtumacem: in non cōparēdo vel iustis mandatis nō parēdo: que tamē ad ipsius iurisdictionē ptinent: tunc licita est diffidatio et licitū bellum dūmodo iuris ordine hec fiant. Si vero cōtra subditū alterius tunc iudex qui vult bellū indicere: primo debet requirere iudicē talis rebellis et de eo iusticiā petere: et tunc si suus iudex non facit iusticiam potest bellum indicere secundum Inno. xxiij. q. ij. c. dominus deus. Si vero non sit iudex qui de tali possit iusticiam facere tunc licz tali iudici bellū indicere iuris auctoritate: nec mirū: quia posset etiam priuatus auctoritate propria hoc casu rem suā recupare. C. de iudeis. l. iudei. et. l. nullus: multomagis hoc pōt cōtra subditū proprium: licz melius faceret si ipse et subditus cōmitterent causam iudicio arbitrorum: vt. xj. q. j. si clericus. Item oportet quod psona mādās habeat iustam mādandi auctoritatē: et talis ē principaliter deus: ideo si diuino mādato bellum geritur hoc sine dubio iustū esse decernitur: in quo bello ductor exercitus vel populus: non tam auctor belli quam minister iudicādus est. xxiij. q. ij. c. dominus deus. Item papa potest indicere bellū iustū cōtra hostes fidei hereticos et alios rebelles: vnde dicitur. xxiij. q. viij. c. dispar Nimirū ē iudeorū et saracenorū causa: in illos enī qui christianos persequuntur et ex vrbibus et proprijs sedibus pellunt iuste pugnatur: vbi tamen dicit glo. quod lex dicit eis quiete degentibus nullam debere facere molestiam: vt. C. de sacrifi. paga. christianis. Similiter quādo sui subditi opprimūtur in iuuantibus et violentis iuste bellū infert: vt expresse patet. xxiij. q. viij. c. scire. Sic imperator indicere potest bellū: vnde dicit Inno. in. c. olim causam: extra de resti. spo. quod princeps sine auctoritate hominis cui non subest. et sine auctoritate iuris cui nō astringitur mouet bellum et subdit: bellum autē secundum quod proprie dicitur solus princeps qui superiorem non habet indicere pōt. Quod autem dictū est de papa et imperatore quod eorum edicto iustum est bellum: sane intelligitur: si iusticiam habent pro parte sua: si enim iuberent mala vel iniusta: nō eēt eis obediendū: vt dicit Augu. xj. q. iij. c. non semper. et. c. si dominus. Preterea si ecōtra bellum indicitur a persona priuata vel inferiori cōtra superiorē: hoc absurdum et iniustum est siue offendendo siue defendēdo: quod si superior iniuste vexat subditum: tunc licz propter bonum obediētie subditus melius faceret humiliter obediendo vel patienter sufferēdo: iuxta illud apostoli. Non vos defendētes charissimi sed date locum ire: et hoc si superior iniuriam faceret psone. Si vero rebus tunc melius esset dimittere pallium post tunicam: et rerū sustinere iacturam: quam pro rebus transitorijs conseruandis tam acriter in alios exardescere: tamē quia hoc est consilij: dico quod talis cōuenire potest suum superiorē et querelā deponere coram superiore sui superioris vel corā episcopo: quod si alter superiorem non habeat vel recognoscat: vel etiam iuuanū cōquireret episcopo vel alteri: tūc puto quod violenter poterit ei resistere: quia hoc est se defendere: vt est expressum in li. feudorum: de mi. va. qui cōtumax est. c. vno: in fi. vbi dicit textus: quod si dominus militi vasallo iusticiam facere noluerit: vasallus dominum pōt derobare. id ē depdare. ¶ Ceterū si vnus dominus vel priuatus mouere vult bellum cōtra alium dominū vel priuatum qui mutuo non sunt subditi: tunc si hoc fit contra habentem vel recognoscentē superiorē debet prius requirere a superiore illius quod de tali subdito sibi ministret iusticiā quam denegata licite mouere potest bellū secundum Inno. et Jo. an. in. c. dilectis: de appel. alioquin si non prius iusticiam requireret: tunc inferens teneretur ad damna et expensas passo bellū quia sibijpsi non potest ius facere nec eē iudex in causa propria: imo actor debet sequi forum rei: vt de fo. compe. c. j. et. ij. hoc vult etiam Inno. Hostiē. Jo. an. et alij. in dicto c. olim. Si vero cōtra non recognoscentem superiorē sed tamē stare paratum iuri vel iudicio arbitrorū vel bonorum virorū: habentem etiam iniusticiā pro se: nō debet tali indicere bellum: quia bellū tantum debet esse necessitatis: vt patet. xxiij. q. j. c. militare: sed vbi nō vult stare iuri nec cognoscit superiorē: licz de honestate antequam fieret bellum iniurians requiri deberet: ex hoc tamen si inferre volēs iustā habet causā iuste infert: nā in hoc casu quis licite res proprias auctē propria capit: et si illas recupare non poterit alias loco suarū poterit: vt patz per doctores in dicto. c. oli. Et Hosti. i. c. j. de treu. et pace: dicit quod in hoc casu licitum ē aduersarium depredari. Et

similiter quãdo dominus vel ciuitas req̃/
sita denegat ꝺ suo subdito facere iusticiã.
Hic incidentaliter queri põt: quid de ca
pto: q̃ ꝓmisit vel iurauit ad carcerẽ reuer/
ti: ꝛ si reuertitur scit se moriturũ: an tenea
tur reuerti. Solutio in cle. c. pastoralis: de
re iudi: in glo. p hanc: dicit captiuũ non te
neri ad redeũdũ in vincula si iniuriose te/
nebatur: vel si esset dubium: tamẽ ꝯsulen/
dum esset ꝙ adiret papam ꝓ relaxatiõe iu
ramenti: sed si mors vel captura nõ ẽẽt in/
iuriosa: tunc nõ posset eam fugere sine ꝑ/
iurio sed reuerti teneret̃: sed ante capturã
fugere põt: licz se cognoscat reum crimis:
q2 non est iure cautũ ꝙ sponte se debeat di
recte vel indirecte offerre supplicio: ß poti
us reseruare diuino iudicio qꝺ vlciscit̃ nõ
punita ĩ hoc seculo. Deniq3 queri potest
vtruz acquisita vel capta in bello retineri
possunt quasi ꝓpria: vl' teneat̃ quis ad re
stitutionem. Ad hoc dicendũ ꝙ mouens
bellũ iniuste: tenet̃ ad restitutionẽ omniũ
que ꝑdita sunt in bello a quacũq3 ꝑte sint
ꝑdita: quia talis censet̃ p̃do vel latro. ff. ꝺ
capt̃. l. hostes: et primo tenet̃ aduersarijs
de omnib9 damnis illatis: secũdo tenetur
suis ꝓprijs hominib9 de dãnis que recepe
runt ab aduersarijs qui iuste repugnabãt
si ip̃i ꝓprij homies eum inuenerũt bona fi
de: aut si fuerũt inducti eius cõsilio timo/
re vel coactione ꝛ de se non erant facturi:
Nam regula iuris ẽ: qui occasionẽ damni
dat: damnũ dedisse videt̃: secus si mala fi
de inuerũt eum: in quo casu nullã habent
cõtra ip̃m actionẽ. Si vero mouet bellum
iuste: facit suum quicq̃d capit ab hoste vel
auxiliatorib9 eius siue subditis siue alijs
quousq3 sibi sit satisfactũ de omni damno
ꝛ labore ꝛ ope tam sui ꝙ suoꝝ: vl' donec se
hostis offerat ad ius et satisfacere velit.
xxiij. q. vij. c. si de rebus: verũtamen vltra
hoc non debet recipe: nisi forte talis esset
hostis ꝙ ꝓpter heresim vel propter aliud
hmõi bona sua essent ꝑ edictuz publicata.
Qꝫ si obijcitur res capte nõ sunt solute ꝓ
debito: sed ĩ bello iuste quesite. di. j. ius gẽ
tiũ. Ad hoc dicendũ ꝙ saltẽ iure poli non
posset hostem in iudicio ꝯuenire nec vltra
estimationẽ damnorũ illatoruz a patiente
iuste bellũ vel iniuriarũ illatarũ inferens
bellũ possit exigere: vl' vltra p̃dicta exacta
in bello ꝑseuerare: quia nõ debet quis du
plici pena ꝯteri. Et li. vj. de re. iur. bona fi
des non patit̃ vt semel exactũ iterũ exiga
tur: ꝛ si ponat̃ ꝙ adhuc non sit habita res
ꝓpter quã fuit incboatũ bellũ: dico ꝙ esti
matio succedit loco rei. Subditi vero bel/
lantiũ iniuste si tali bello non p̃stant dñis
ꝯsilium: auxiliũ vel fauorem: nõ sũt spoli/
andi vel in aliquo puniendi: q2 peccata de
bent tm̃ actores tenere: vt ex̃ de his q̃ fi. a
ma. ꝑte ca. c. quesiuit: vbi dicit̃: peccata su
os actores tenere debeãt: nec pena sit vlte
rius ꝓtrahenda ꝙ delictum fuerit in exce
dente reptum: vide tamẽ ibi glo. Qꝺ verꝫ
est etiã si dñs p̃dictoꝝ in ip̃o iniusto bello
vtat̃ rebus ip̃oꝝ eis ablatis: similiter nõ
sunt spoliãdi clerici: religiosi: ꝯuersi: pere
grini: mercatores: rustici euntes ꝛ redeun
tes ꝛ in agricultura existẽtes: et animalia
quibus arant ꝛ semina portãt: vt extra de
treu. et pa. c. innouam9. xxiiij. q. iij. si quis
romipetas. Iterũ queri põt: vtrũ aliquẽ
p̃ncipem vel dñm in bello iuuantes: excu/
sant̃ a crimine. Ad hoc dicendũ: ꝙ si con/
stat bellum esse iustum: tunc si in p̃stando
ꝯsilium vel auxiliũ non excedant: licite iu
uare possunt: q2 regula iuris ẽ: qui facit ꝑ
aliũ est ꝑinde ac si faciat ꝑ seip̃m. li. vj. Et
iterũ: põt quis ꝑ alium qꝺ põt facere ꝑ se/
ip̃m: si tñ fuerit tales ꝑsone que licite pos/
sent arma exercere. Si vero bellũ ꝯstat esse
iniustum: tũc non excusant̃ adiuuàntes:
etiã si fuerint subditi q̃ hoc facerẽt de mã/
dato dñi sui: ꝛ tenent̃ restituere damna q̃
intulerunt: q2 plus debẽt timere deum ꝙ
hoiem: ex̃ de iureiur̃. c. sicut. iij. Si deniq3
dubiũ ẽ: vtrꝫ bellũ sit iustũ vel nõ: tũc si ta
les iuuantes sũt subditi illi9 bellũ mouen
tis: ꝛ credunt illũ quẽ iuuant habere ꝛ fo/
uere iustũ bellũ: tunc excusant̃ ꝓpter bo/
num obediẽtie: siliter ꝛ in dubio excusãt̃:
vt patz exp̃sse. xxiij. q. j. c. q̃d culpat̃: in fi.
verũtamẽ milites stipẽdiarij extnei vl' cog/
nati aut amici iuuãtes q̃ non sũt subditi: i
tali casu nõ excusant̃: nec debent in dubio
se cõmittere discrimini vt iuuẽt aliquẽ in
p̃iudiciũ alterius. Qꝫ si obijcit̃ ꝺ aduoca
to quem excusat bona fides: ꝙ diu credit
esse iustam causam quã fouet: lꝫ in verita/
te sit iniusta: dicendũ ꝙ nõ est simile: q2 est
ibi iudex supior qui causã examinat et iu/
dicat de allegatis. In bello vero in virib9
corpalib9 negociũ agit̃: nec ꝑ rationẽ diiu/
dicat̃. De restitutione vero facienda ꝓpter
damnũ iniuste illatum: aut homicidiũ in/
iusto patratũ: vide plenissime ĩ septimo p̃/
cepto. Ad laudem dei.

De q̃ttuo: peccatis ad deum ꝓ vindicta clamãtib⁹: q̃ sunt fratrici diū: zodomia: oppressio ⁊ merce dis detentio: Sermo V

Non occides Exo. xx. Cōgrue satis restat nunc vi dere de peccatis ad deū ꝓ vindi cta clamantib⁹: q̃ sunt p̃cipue q̃ttuo: sicut iterp̃tatiue quadruplex genus homicidij corꝑalis distingui pōt: ⁊ his versib⁹ nota ri solent. Clamitat in celis vox sanguinis et zodomorum. Uox oppressorum merces detenta labor. Dicūt aūt ista peccata ad deū clamare ꝓ vindicta: qꝛ suis enormita tibus deū potissime ad vindictam ꝓuocāt vt patebit infer⁹ p singula.

A Primū igi tur peccatū pro vindicta ad deū clamās ē fratricidiū quod als vocat homicidium: de quo habet Gen. iiij. ⁊ magister in histo rijs dicit: ꝙ Abel fuit pastor ouiū: ⁊ Cayn agricola: post mltos ergo dies obtulerūt dño munera: credit enī Adam in spū do cuisse filios vt deo offerrēt decimas ⁊ p̄i micias. Cayn ergo obtulit de frugib⁹ ter re deo sed d̃ peiorib⁹ ⁊ corrosis: vt dicit ly ra. Abel aūt obtulit de p̃mogenitis greg⁹ sui ⁊ adipibus eoꝝ. id ē de pinguioribus: ⁊ ſm Josephū obtulit lac et primogenita agnoꝝ: ⁊ respexit dñs ad Abel. id ē ad bo nitatē ⁊ intentionē ip̄ius: ⁊ p cōsequēs ad munera eius: qꝛ tales oblationes nō erāt accepte deo ex seipis sed ex bonitate offe rentiū. Ad Cayn aūt ⁊ ad munera ei⁹ non respexit: munera nāqꝫ ex auaricia homīs nata deo non placuerūt: qꝛ plus ꝓbat dñs intentionē q̃ actionē: plus volūtatē q̃ fa cultatē. Et si queritur quō respexit dñs ad Abel ⁊ ad eius munera. Rñdet trāsla tio Theodotiōis: ꝙ inflāmauit deus sup Abel ⁊ sup eius munera: ignis enī de celo oblationē eius incēdit: vt legit factū He lye in carmelo. iij. Reg. xviij. ⁊ sub Moyse Leui. xix. ⁊ sub Gedeone Judicū. vj. Ira tusqꝫ est Cayn vehementer ⁊ ɔcidit vult⁹ eius p̄ verecundia: minorem sibi p̄latū vi dens. Cetera patent vsqꝫ ibi: quid fecisti: Uox sanguinis frat⁹ tui clamat ad me de terra: nunc ergo maledictus eris sup ter ram. Et Cayn p̄ timore damnans se ac de sperās respōdit: Maior est iniquitas mea q̃ vt veniam merear ⁊c. et posuit domin⁹ signum in Cayn tremor ē capitis ⁊ omniū membroꝝ: ⁊ sic sciēter a domnio punitus ⁊ excōmunicat⁹ et indignus misericordia nō interficeret: in faciem tamen ei⁹ ſm q̃s dam speciale signum imp̄ssit ⁊ hoc in fron te vt cognosceret ab omnib⁹ innocentem fratrē occidisse: ⁊ sic hominib⁹ abominabi lis redderet: sic etiam sepius cōpertū est: ꝙ homicida p̄sente occisi vulnera fluxum sāguinis renouabāt: velut occulto dei iu dicio vindictam expetendo: verūtamē be atus ille q̃ passus iniuriā ꝓ dei amore eo misericorditer indulget. Hinc incidenta liter queri pōt: vtꝝ inimico petenti veniā teneamur remittere non tm̄ rancorem sed etiam emendā: p̄sertim cum dicat Leuit. xix. Nō queras vltionē nec memor eris in iurie ciuiū tuoꝝ: nimirū cū malus est se nō defendere: q̃ petenti veniā emendā remit tere. Sed dicit apl's ad Roma. xij. Nō vos metip̄os defendentes sed date locum ire. Et Matth. v. Si quis te ꝑcusserit in vnā maxillā p̄be ei ⁊ alterā. Ad hoc respōdet Rich. sup. iiij. di. xxx. ꝙ inimico petenti: et si teneat hō remittere signum rācoris: qꝛ rancorē tenet remittere etiā non petenti: nō tamē tenet remittere satisfactionē seu emendā ꝓ iniuria sibi facta: sed ꝓ illa sibi de iure cōpetit actio in iudicio ɔtra iniuri antem: nisi forte sit homo talis stat⁹ seu ob ligatione tali ligatus: rōne cuius in iudi cio sibi non ɔuenit emendā requirere: alijs aūt q̃bus cōpetit repetitio: solum ex p̄ce pto interdicit actio cōtra iniuriantē q̃ fit zelo vindicte: nō autē que fit zelo iusticie: quia q̃tum ad primū est p̄ceptum: q̃tum autē ad scdm est consiliū: qd̄ est superoga tionis ⁊ non necessitatis: tenet tamē iniu riantē non excludere ab oratiōib⁹ q̃s fun dit pro fidelib⁹: ⁊ non negare cōmunia si gna charitatis: ⁊ in casu necessitatis tenet etiam illi tpaliter subuenire si pōt sine alte rius p̄iudicio cui magis obligat.

B Secū dū vero peccatū ad deū clamans ꝓ vindi cta est vitiū zodomiticum: d̄ quo habetur Gen. xviij. dicente dño: Clamor zodomoꝝ ⁊ gomorreoꝝ multiplicat⁹ est: vbi dic̄ Gre go. ꝙ nouitas tante ⁊ tā inaudite turpitu dinis q̃si admirationem ⁊ dubitationē pa rit in audiēte: vnde dñs q̃si admirās ⁊ du bitans sup tāto scelere īroducit loquēs. Descendā ⁊ videbo: q̃si diceret incredibi le mihi videt humanā naturā ad tantū de uenisse flagiciūm: nam in tantā exarserūt

concupiscẽtijs q̄ ⁊ angelis scelere tam in/
audito abuti volebãt. Quod aũt sequit:
⁊ peccatũ eo⁊ aggrauatũ est nimis: dicũt
sup hoc doctores hebrei: q̄ ista aggraua/
tio fuit ex eo q̄ quãdã puellã insolita mor
te occiderũt eo q̄ alimẽta dederat paupe/
ri: ⁊ hoc cõsonat dicto Ezech. xvj. vbi dicit:
Viuo ego dicit dñs: quia nõ fecit zodoma
soror tua et filie eius sicut fecisti tu et filie
tue: ecce fuit iniquitas hec zodome soror
tue: superbia: saturitas panis ⁊ abundan
tia scꝫ diuitiarum: ⁊ luxuria ⁊ ocium ipi⁹:
⁊ manum egeno ⁊ paupi non porrigebãt:
tu tamẽ o ingrate christiane peiora quot/
tidie ppetras: qui post accepta tam mani/
festa veritatis documẽta tam infinita cha
ritatis insignia: post effusum christi sãgui
nem inflatis: superbia illaquearis: auari/
cia cõmessationibus vacas ⁊ ocio: nec est
qui pupillis christi marcescentib⁹ inedia
misereat: vt Mat. x. christus dicat. Amen
dico vobis tolerabili⁹ erit terre zodomo/
rum ⁊ gomorreo⁊ in die iudicij: q̄ illi ciui
tati que nõ recepit vos scꝫ pauperes me/
os. Cõperto igitur scelere tam nephando
pluit domin⁹ sup eos ignem ⁊ sulphurem:
⁊ p vindicta criminis subuertit omnẽ cir/
ca regionem nõ solũ reos sed ⁊ puulos eo/
rum ac iumẽta: necnõ terrenascẽtia ⁊ ipaꝫ
terram cõsumpsit et cõuertit in mare mor/
tuum: vnde quasi de igne infernali sũpta
est illa vindicta qui nõ poterat expectare
ppter inauditũ scelus donec cetera pecca
ta punirent: dicit aũt mare mortuũ: quia
fm magistrum in histori[j]s: nec pisces nec
aues in eo viuũt nec aliquã materiã susti/
net nisi bituminatã: nam omne carens vi
ta submergit: ⁊ ecõuerso si quid viuũ aliq̄
arte submerseris superexilit adeo vt lucer/
na ardens supnatat que extincta mergit:
quia nihil viuũ in eo submergi potest. Re
fert enĩ Josephus q̄ Vespasian⁹ hoc expe
riri volens quosdã manib⁹ post terga vin
ctis iussit in altum maris pijci: ⁊ oẽs tãq̄
vi spũs sursum depulsi desup fluitabant:
vnde in detestationẽ criminis fetor maris
huius est horribilissim⁹ quasi pnunciũ fe/
toris infernalis apte se declarãs terra p/
inde circũiacens particeps maledictiõis
huius: arbores quidẽ profert pomiferas:
quarum poma licꝫ ad maturitatem dedu/
cta pulcherrima videant: si tamẽ incidas
fauillam intus inuenies: que omia ⁊ mul/
ta similia in detestationeꝫ huius peccati a
deo sunt inflicta: vnde ⁊ vxor Loth retro
spiciens in statuã salis versa est: vt sic ostẽ
deret domin⁹ quantũ ei displiceat peccati
huius sola memoria: et in hoc quidem ge/
nere peccati computant omnia peccata cõ
tra naturam que scꝫ repugnant ipi ordini
actus venerei qui cõuenit humane speciei
de quib⁹ videbat in. vj. pcepto: omes enĩ
qualitercũq̄ vitia cõtra naturã ppetrãtes
ex quibus scꝫ ples sequi nõ potest hostes
sunt ⁊ aduersarij dei: destructoresq̄ gene/
ris humani: quia deus creauit homies vt
multiplicent sup terram: ⁊ isti dant operã
vt pereat opus dei: hinc est q̄ specialit cla
mat ad dominuꝫ p vindicta: quia vt dicit
Augu. p illud violat societas que nob cũ
deo esse debet: cum eadẽ natura cuius au/
ctor ipe est libidinis pversitate polluitur.
Dicit enĩ Augu. q̄ vidẽs deus vitiũ con
tra naturã i humana natura fieri: fere de/
sijt incarnari: cui⁹ etiã vindicta patꝫ Gen.
xxxviij. vbi dicit: q̄ Her primogenit⁹ Ju/
de neq̄ fuit in conspectu domini: vnde di/
cunt doctores hebrei: q̄ ad vxorem suam
afficiebat libidinose: ⁊ idõ precauebat ne
impregnaret fundens semen extra vas de
bitũ: ne scꝫ ex impregnatiõe eius pulchri/
tudo minueretur aut eius cõcubitu ad tẽ/
pus frustraretur: ⁊ ideo diuino iudicio iu/
Sic ꝛ in tertia specie sacrilegij que scilicet cōmittitur contra res alias sacras diuersi gradus sunt: ꝑm differentiam rerum sacraꝝ: inter quas summū locū obtinēt ipsa sacra quibus homo iustificaṫ: quoꝝ precipuū est eucharistie sacramētū qd̓ continet ipm̄ christū. Et ideo sacrilegium cōmissuz cōtra hoc sacramentū est inter omnia grauissimū: secūdū autē locum tenent vasa sacrata ad sacroꝝ susceptionē ꝛ ip̄e imagines sacre ꝛ sanctoꝝ reliquie in quib⁹ quodam modo ip̄e persone sanctoꝝ venerantṫ vl̓ honorantṫ: deinde ea q̄ pertinēt ad ornatū ecclīe ministroꝝ: deinde ea que sunt deputata ad sustentationem ministroꝝ siue sint mobilia siue īmobilia. Et quicunq̧ peccat contra quodcūq̧ p̄dictoꝝ: sacrilegij crimē incurrit: vnde ꝛ omne peccatū qd̓ ꝑsona sacra cōmittit materialiter quidē ꝛ quasi per accidēs est sacrilegium. Hinc ait Hiero. ꝙ nuge in ore sacerdotis sūt sacrilegiū ꝛ blasphemia. Formaliter tamē ꝛ proprie solum illud peccatum sacre persone sacrilegiū est quod agiṫ directe contra eius sanctitatem puta si virgo deo dicata forniceṫ: ꝛ eadem ratio est in alijs. Et hec quidē consecratio qua homo totaliter deo ꝛ diuino cultui dedicaṫ: fit per votū solenne: diciṫ autē votū solenne qd̓ fit per susceptionē sacri ordinis implicite ꝑm ritū occidentalis ecclīe: vl̓ ꝑ professionē expressam vel tacitam factā alicui de religionib⁹ approbatis: De quo patet supra ī secūdo p̄cepto sermone. v. Qualitercūq̧ vero quis alr̄s votū fecerit etiam castitatis vel virginitatis: diciṫ votū simplex. Unde si voueo vel ꝓfessionē facio in regula vel ī religiōe nō approbata: nō ēvotū solēne nec castitatē violādo ꝓprie sacrilegiū cōmitto lz grauissime pecco. Et si matrimoniū ꝯtraho tenet q̄dē mr̄imoniū: vt pz exp̄sse de voto. c. vnico. li. vj. vbi ꝛ subdiṫ ꝙ q̄n̄to manifesti⁹ sūt emissa vota: tāto ꝓpter scādalū pluriū ꝛ exēplū durior penitētia trāsgressorib⁹ debeaṫ: de h̓ habeṫ xxvij. q. j. c. viduas. §. he vero: q̄ necdū sacro velamīe sūt recte: tñ in ꝓposito v̓ginali semꝑ se simulauerīt ꝑmanere licz velate nō fuerīt tñ si nupserint: aliqn̄ tp̄e his agēda ē pnīa: qr sp̄ōso eaꝝ a dn̄o tenebaṫ. Si eñ īter hoīes solet bonefidei ꝯtract⁹ nulla rōne dissolui: q̄n̄tomagis ista pollicitatio quā cū deo pepigit solui sine vindicta non poterit: h̓ ibi. Hanc eñ litterā ītelligit cardinalis de voto simplici violato ꝑ mr̄imonium sequens. Et pnīa illi⁹ erit triū annoꝝ: vñ dr̄. xxvij. di. c. si vir v̓ginitatꝭ votū habēs adiungiṫ vxori: postea nō dimittat vxorē: ſʒ trib⁹ annis peniteat. Nimiꝝ cū. c. seq̄nti dr̄ ꝙ vouētib⁹ virginitatē nō solū nubere ſʒ etiā velle nubere dāṅabile ē: glosa ꝗ videṫ ꝙ sola volūtas etiā q̄ ad ecclīaz puniṫ vt. xix. di. c. anastasius. Sʒ arguit glo. sup̄ dicto. c. si vir. ꝙ ex q̄ alibi dr̄ ꝙ isti sūt peiores adulteris: nā. xxvij. q. j. in. c. nuptiaꝝ: subd. t Aug⁹. Nō possū q̄dē dicere a ꝓposito meliori lapsas si nupserit: feminas adulteras eē nō ꝯiuges. Sʒ plane nō dubitauerim dicere lapsus ꝛ ruinas a castitate sanctiori q̄ vouerūt deo adulteris eē peiores. Si eñ qd̓ nullo mō dubitādū ē ad offensionē christi ꝑtinet cū mēbrum ei⁹ nō seruat fidē marito: q̄n̄to graui⁹ offendiṫ ip̄e deus cū illi q̄ ꝑ̄i nō seruaṫ fides in eo ꝙ exigit oblatū qd̓ nō exegerat offerēdū. Cū eñ q̄sq̧ nō reddat qd̓ nō implo cōpulsus ſʒ cōsilio cōmonit⁹ vouit: tātomagis fraudati voti auget iniq̄tatē: q̄n̄tomin⁹ habuerit vouēdi necessitatē: h̓ ibi. Cū igiṫ istis tm̄ pnīa triennis īponiṫ: cū adultero septēnis iudicatur: p̄sertim isti cū peccātes ī deū eē̄nt grauius puniendi q̄̄ illi q̄ in hoīem peccāt: vt pz exp̄ssā. xxij. q. iij. c. sicut q̄. Et rñdet gl. ꝙ istud ē ꝓpter bonū mr̄imonij adiūctum Et sic habes h̓ ꝙ minuiṫ pena delicti propter adiunctū: ꝛ h̓ pz. xxxiij. q. ij. c. q̄cq̄d. q. iiij. dixit sara. Et h̓ q̄dem quo ad ecclīaz militātē. Nā q̄ ad futuꝝ iudiciū pena semper rñdebit culpe: vñ ad ostēdēdū grauitatē hui⁹ culpe ꝓsequiṫ Aug⁹. ī dicto. c. nuptiaꝝ dicēs: In ꝯiugali vinculo si pudicicia nō seruaṫ dāṅatio nō timeṫ. Sʒ in virginali ꝛ in viduali ꝯtinētia excellētia muneris amplioris expetiṫ: q̄ expetita ꝛ electa ꝛ voti debito oblato: iā nō solū capescere nuptias ſʒ etiā si nō nubaṫ: nubere velle dāṅabile ē. Naz vt h̓ demōstraret ap̄ls nō ait: Cū indelitijs degerint nubūt ī christo ſʒ nubere volūt: hn̄tes inq̄t dāṅationē q̄ꝛ p̄mā fidē irritā fecerūt: ꝛ si nō nubendo tñ volēdo: nō q̄r ip̄e nuptie vl̓ etiā taliū dāṅāde iudicenṫ: ſʒ dāṅaṫ ꝓpositi fraus: dāṅaṫ fcā voti fides: dāṅaṫ nō solū susceptio bōa inferio: i. t. nō dāṅaṫ qr suscepit bonū inferius. s. mr̄imoniū ſʒ ruina ex bono superiori. s. ꝯtinētia: h̓ ibi. Et hec dicta ð simplici voto sufficiāt. Nūc aūt ð deo sacratis ꝑsonis ꝑ votū solenne ꝓsequamur: de q̄bus dr̄ ex concilio Arelatēn. xxvij. q. j. c.

sciendū est omnibus q̄ de ɔsecratarꝫ femi/
narꝫ corpora: p votum ꝓprie sponsionis ⁊
verba sacerdotis deo cōsecrata templa eē
scripturarꝫ testimonijs cōprobanť: ⁊ ideo
violatores earꝫ sacrilegi et iuxta apostolū
filij ꝑditionis esse noscunť: hoc ibi. Ideo
dicit glo. eo. ti. l. c. virginibus: q̄ accedēs
ad monialē tria enormia peccata cōmittit.
Primo incestū quia sponsa dei est quam
violat qui est pater noster: vt patet. xij. q.
ij. c. qui abstulerit: ⁊ incestus cōmittiť cuꝫ
affini sicut cum ɔsāguinea: vt. xxxv. q. iij.
c. de incestis. Secūdo cōmittit adulteriuꝫ
quia spōsam alterius: scꝫ sūmi regis turpi
ter corrumpit. Tertio cōmittit sacrilegiuꝫ
quia res est deo cōsecrata. Sed queri so/
let an iste accedens ad moniales cōmittat
tria peccata an vnū. Nos dicimus nō esse
dubium q̄n tria cōmittat quo ad accusati/
onem: nō autē in veritate: plura ergo sunt
quo ad accusationē: vt. xxiij. q. v. c. relegē/
tes: sed quo ad penitentiā vnū tm̄: sed ad/
ulterium huiusmodi maiori pena purgan/
dum erit q̄ȝ si nō esset incestuosū: vt. xxxij.
q. ij. §. sunt autē. Et ita dicit lex: q̄ si q̄s pu
niri debet ꝓpter adulteriū: plus debet pu
niri si illud incestuosū sit: vt. ff. de questio/
nibus: si quis nō dicam: hoc ergo itellige
sicut illud extra de testib⁹. c. sicut: quia pe
nitentia ibi ⁊ ꝓ adulterio ⁊ ꝓ piurio impo
nitur: ⁊ tamen vnū solum crimen cōmitti/
tur: hec glosa. Hinc ſm legem Justiniani
imperatoris ex nouellis huiusmodi puni/
tur ꝓut habeť. xxvij. q. j. c. Si quis rapue
rit vł sollicitauerit vł corrupuerit assisteri
am. id est reclūsaꝫ vel diaconissam: id ē ab
batissam vel monastriaꝫ: id est in monaste
rio viuentē vel aliam mulierem religiosā
vitam vel habitum habenteꝫ: bona ipius
⁊ eorum qui huiusmodi sceleris cōmuniōe
cōtaminati sunt: a religioso loco vendicē/
tur in quo talis mulier habitabat p religi/
osos episcopos ⁊ iconomos ⁊ p̄sides pro/
uinciarꝫ ⁊ officiales eorum: ipi autem capi
tali periculo subijcianť: hoc ibi. Sed̄ꝫ ius
autem canonicū vtriq̄ȝ penitentia imponi
tur: eo. ti. ex cōcilio toletano. c. deuotā. id
est solenniter ꝓfessam peccantem non reci
piendam esse in ecclesiā censemus: nisi pec
care desierit: ⁊ si desinens penitentiā ege/
rit aptam. id est annos decem recipiat cō/
munionē: prius aūt q̄ȝ in ecclesia admitta/
tur ad orationē ad nullius cōuiuiū christi/
ane mulieris accedat: q̄ si admissa fuerit

etiam hec que eam acceperit habeať in ab
sentia: corruptorē etiam par pena cōstrin/
gat: quam penam si forte declinare vellēt:
a solo carnali concubitu cōtinētes: aliaq̄ȝ
cuncta lasciuie genera frequentantes. Au
di quid sup hoc dicat Cyprianus ad Pō/
ponium scribens d̄ virginitate et ponitur
xxvij. q. j. c. nec aliq̄ putet se posse hac excu
satione defendi q̄ inspici ⁊ ꝓbari possit an
virgo sit: cum etiam manus obstetricū et
oculus sepe fallatur. Et si incorrupta inuē
ta fuerit vgo ea parte qua mulier eē pōt:
poterit tamē ex alia parte corporis peccas
se qua corrumpi potest ⁊ tamen inspici nō
potest: scꝫ quādo ex cōsensu voluntatis fit
resolutio seminis: sequitur. Certe ipe con
cubitus ipe complexus ipa cōfabulatio ⁊
osculatio ⁊ cōiacētium duorum feda ⁊ tur
pis dormitio q̄ȝtum dedecoris et criminis
confiteňť. Si supueniens maritus sponsā
suam iacentem cum altero videat nōne in/
dignať ⁊ fremit ⁊ p zeli dolorē portat gla
dium in manu sua? Et quia christus domi
nus ⁊ iudex noster cum virginē suā sibi di
catam ⁊ sanctitati sue destinatam cum al/
tero iacere cernit: quāti id est quātū indig
natur ⁊ irascitur et quas penas i celestib⁹
huiusmodi ɔiunctionib⁹ cōminať. Cuius
vt gladiuꝫ spirituale ⁊ venturū iudicij diē
vnusquisq̄ȝ fratrum possit euadere: omni
consilio ꝓuidere ⁊ elaborare debem⁹: hoc
ibi. Porro de ecclesiasticis in sacris ordi/
nibus cōstitutis in fornicationē lapsis ha
betur. l. di. c. Si quis diaconus aut p̄sby/
ter post acceptam benedictionē leuiticaꝫ:
cum vxore sua incōtinens inueniať: ab of
ficio suo deijciať. Ecce manifeste cōstat q̄
ſm titulos antiquorū patrum sancto spiri
tu suggerente cōscriptos: et ſm sentētias.
cccxviij. episcoporꝫ: scꝫ i niceno ɔcilio qui
tot interfuerunt: vt. xv. di. c. canones: q̄s
etiam gallicani canones cōtinere videnť:
clerici in adulterio dep̄hensi: scꝫ euidentia
facti aut ipi cōfessi aut ab alijs cōuicti ad
honorē redire nō possunt: hoc ibi. Vn̄ for
nicatio in clerico tenēte concubinaꝫ: dum
non est adhuc notoriū: inducit depositio/
nem si admonitus nolit se corrigere. Naꝫ
primo monitus nec desistens suspendiť a
beneficijs: ⁊ si suspēsus se non correxerit:
debet ab eisdeꝫ beneficijs ꝑpetuo remoue
ri: vt ex̄ de coha. cle. ⁊ mu. c. sicut: siue fue/
rit in sacris: vt eo. c. sine nō: vt eo. ti. c. si aūt
clerici. Qd̄ si talis fornicatio sit notoria: tūc

suspēsus est ipso iure: vt eo. ti. c. vestra: τ c.
q̄situm: vtpote q2 dānatus ē de illa: vl spō
te ɔfessus est in iure: vel ex euidentia facti
q̄ non pōt aliq̄ tergiuersatione celari: vt q2
mulierē multū suspectā tenet publice aut
apparēt inde argumenta gradientia sup ter
rā. Et si interim celebrat efficit irregular
vt ptz diffuse l. v. p̄cepto s̄mone. xxvij. Ce
teꝝ si sacerdos deo ɔsecratā agnoscit: pec
catum duplicat q2 cōmittit duplex adulte
rium: icestū τ sacrilegiū. Maxime tñ faci
nus illud detestabile iudicat: cū religiosi
deo cōsecrati pariter cōmiscēt: de quibus
xxvij. q. j. ex ɔcilio triburiensi. c. impudi
cas detestabilesq̄ psonas monachoꝝ atq̄
monachaꝝ: q̄ abiecto ꝓposito sāctitatꝭ il
licita ac sacrilega ɔtagione se miscuerūt: τ
in arbitriū ɔsciētie ꝓpria desperatiōe pdu
cte: de illicitis cōplexib⁹ libere filios pcre
auerint: a monasterio ꝛ cetu ecclesiaꝝq̄ cō
uentib⁹ eliminādas eē mādam⁹ q̄tenus in
suis ergastul. i. carcerib⁹ retruse tm̄ facin⁹
ɔtinua lamētatiōe deflētes: purificatorio
possint penitudinis igne decoqui: vt eis
vl ad mortē soli⁹ misericordie intuitu p cōmuni
onis gratiā possit subueniri. Et h̄ de illici
to coitu q̄tum ad personas deo dicatas.

Nūc deniq̄ de earūdē detestabili matri
monio videndū ē: de q̄ generaliter dr. xxvij
q. j. c. vt lex ɔtinentie τ deo placēs mundi
cia i ecclesiasticis psonis τ sacris ordinib⁹
dilatet: pcipimus q̄tenus epi p̄sbri diaco
ni subdiaconi et regulares canonici atq̄
cōuersi: pfessi: q̄ sacrū trāsgredientes ꝓpo
sitū vxores sibi copulare p̄sūpserint: sepa
rent. Hmōi nāq̄ copulationē q̄m ꝯ eccle
siasticā regulā cōstat eē ɔtractā: matrimo
niū nō esse cēsemus. Qui etiā abinuicē se
parati p tātis excessibus cōdignā pniam
agāt. Idipm q3 d sāctimonialib⁹ feminis
si qd absit nubere attēptauerint: obserua
re decreuim⁹. Ad cui⁹ euidentiā sciendū
q psone deo dicate ɔhentes: siliter alij cuꝫ
eisdē matrimonij feda cōnubia ineuntes:
varijs penis mulctant. Nā si monachus
vxorem duxerit: accipit sniā ex ɔcilio au
relianeñ. τ ponit. xxvij. q. j. c. mōacho ora
rium i monasterijs vel zonas habere nō li
cet: glo. orariū ꝓprie ē pepulū q mulieres
caput velāt: et ponit p qlibet ornamento
mulieꝝ: sequit. Et si postea vxori fuerit so
ciatus: tāte puaricatiōis reus: nūq̄ eccla
stici gradus sortiat officiū. Si vero moni
alis nupserit: tūc ex cōcilio Martini pape
de ea determinatū est qd ponit. xxvij. q. j.
c. de filia epi vel p̄sbri vel diaconi: si deuo
ta fuerit. id est deo p votū solēne dedicata
τ maritū duxerit: si eā pater vel mater in
affectū receperit: a cōmunione habeant ali
eni: tanq̄ cōmunicantes excōmunicato in
crimine: sequit. Mulier vero nō admitta
tur ad cōmunionē nisi marito defūcto eg
rit pniā. Si aūt eo viuente secesserit τ pe
nituerit vel petierit cōmunionē i vltimo fi
ne vite sue deficiens accipiat eā. Vñ dicit
Hug. xxvij. q. j. sup. c. quo christo: q si mo
nialis publice nubit: nunq̄ pōt accipe cor
pus dñi nisi in fine vite sue: vel nisi prius
defunct⁹ fuerit ille cui nupsit: τ h̄ adinstar
secularis adulterij vbi adultera nō habet
ampli⁹ accessū ad maritū: vñ τ virū carna
lem relinquens τ alteꝝ ducens siliter arce
tur a cōmunione vsq̄ ad finē vite vel quo
usq̄ secūdo ductus migrauerit a seclo: vt
xxxij. q. vij. c. fidelis femi. Et h̄ ē s̄m glo
sam statutū in detestatiōē criminis: q etiā
post pniā non pōt cōmunicare nisi i mor
te vel viro scdo mortuo. Qz si fornicat dū
taxat: tunc post pniā accipere pōt corpus
dñi: z h̄ ideo q2 magis peccat solēniter con
trahendo q̄ fornicādo. Porro q̄tū ad se
culares cū deo dedicatis cōtrahentes vel
ɔtrahere tēptantes: determiat penā Iouī
nian⁹ impator: et ponitur. xxxvj. q. ij. c. si
quis: non dicā rapere sed attemptare: sa
matrimonij ɔiungēdi causa sacratissimas
Xgines ausus fuerit: capitali pena feriat:
vbi dicit glo. q in maximis criminib⁹ pu
nitur solus conat⁹: vt patz. vj. q. ij. §. verū.
In minorib⁹ nō: q2 non sum fur etiā si ad
aliquē actū pcessi. ff. de fur. vulgaris. §. q
furti: τ. l. certe. Ius aūt canonicum qd ho
minē vita nō priuat aliā apponit penā: vñ
dicit. xxvij. q. j. ex concilio triburieñ. c. hi
igit q sanctimonialib⁹ sciētes i matrimo
nio sūt ad iniuriā christi copulati: iuxta cen
surā zeli christiani sepent: τ nūq̄ eis cōce
dat cōiugali vinculo religari: sed in pnie
se lamentis dū viuūt vehementer afficiāt:
h̄ ibi. Et enumerat glo. ibidem adhuc alia
crimina ꝓpter q̄ iura ꝓhibent nubere: ta
si ɔtraherent: teneret matrimoniū licꝫ gra
uiter peccarēt. Preterea cūcti ecclesiastici
in sacris ordinib⁹ cōstituti similē habēt ꝓ
hibitionē de nō ducēdo vxorē: q̄tuꝫ ad ec
clesiam occidentalē. id est romanā. Dicit
eni. l. xxxj. di. c. Aliter se habet orientalis
traditio ecclesiaꝝ aliter huius sācte roma

ne ecclesie. Nam eorum sacerdotes diaconi atque subdiaconi matrimonio copulantur. id est matrimonio copulato utuntur. Isti autem ecclesie vel occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi. Nota tamen quod greci non contrahunt in sacris ordinibus ostenditur. liiij. di. ubi dicitur. c. Si quis eorum qui accedunt ad clerum voluerit nuptiali iure mulieri copulari: hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat: ubi dicit glo. quod hoc. c. est sexte synodi: que synodus pro parte eis regulam vivendi: ut patet. xxxi. di. c. nicena. Sed quantum ad romanam ecclesiam ponitur pena clericorum nuptiis utentium. xxxij. di. c. Eos qui post diaconatum uxoribus vacare voluerint: ab omni sacro ordine removemus: officio atque beneficio carere decernimus: quod si ab episcopo commoniti se non correxerint: principibus indulgemus licentiam ut eorum feminas mancipent servituti. Si vero ephi consenserint eorum pravitatibus: ipsius officij interdictione mulctentur: hoc ibi. Insuper omnes persone deo per votum solenne dedicate matrimonium contrahentes: similiter et seculares matrimonij fedus cum eisdem scienter ineuntes: sunt ipso facto excommunicati: ut patet in cle. eos: de consang. et affi. et de hoc latius vide in v. precepto: sermone. xij. in fine. Excipitur a predictis mulier secularis contrahens cum personis ecclesiasticis vel religiosis: quia sexus fragilior excusatur ab ignorantia iuris: si tamen est libera et contrahit cum in sacris ordinibus existente: redigi debet in servitutem ecclesie: ut patet. xxxij. di. c. eos qui post. Sed si ancilla fuerit vendi debet: ut. lxxxi. di. c. quidam clerici et filij inde nati rediguntur in servitutem ecclesie: ut. xij. q. vii. c. cum multe. In quibus omnibus liquide patet quam detestabile sit istud sacrilegij vitium. Ad laudem dei.

De incestu: et quomodo excusantur patriarche contrahentes cum cognatis et de septem speciebus cognationis in quibus committitur incestus: Sermo VII

Non mechaberis.

Exo. xx. Sexta vero species luxurie dicitur incestus turpior ceteris de quo di. xxxvj. q. j. §. cum ergo. Nam incestus est consanguinearum vel affinium abusus. Unde incestuosi dicuntur qui consanguineis vel affinibus suis abutuntur: de quibus di. xxxv. q. viij. ex concilio aurelianensi. c. incestuosi quamdiu in ipso detestando atque nephando scelere manent: non inter fideles christianos sed inter gentiles vel cathecuminos habeantur. i. cum christianis non sumant nec cibum neque potum sed soli faciant hoc: non osculentur neque salutentur ab eis et cetera. hoc ibi. Ad cuius evidentiam primo queri potest utrum liceat aliquem ex propria cognatione in uxorem ducere: presertim cum ut di. xxxv. q. j. §. quod consanguineas nostras sine uxoris nostre: nobis in coniugium ducere liceat: exemplis probatur et auctoritatibus. Abraam namque Saram filiam fratris sui: scilicet sororem Loth in uxorem duxit. Isaac Rebeccam in coniugem accepit: que erat filia consobrini matris sue. Iacob duas sorores: scilicet Lyam et Rachel filias Laban avunculi sui sibi matrimonio sociavit. In lege quoque precepit dominus: quod tamen de tribu et familia sua ducerent uxores: et si quis decederet sine liberis frater eius suscitaret semen defuncti. Sed ad quascumque lex pervenit eius preceptis probantur obnoxij: nisi que vel evangelicis mandatis vel apostolicis institutis evacuata monstrantur: nullo autem evangelij precepto vel apostolico instituto consanguineorum coniunctiones prohibite reperiuntur. Ad hoc respondet ibidem Augu. longo processu c. cum igitur. Verumtamen nos brevitati consulentes respondemus secundum quod dicit Richar. super quartum. di. xl. Quod aliqua est consanguinitas que matrimonium impedit contrahendum et dirimit contractum ex dictamine iuris nature: nam dictamen legis nature impedit matrimonium filie cum patre et filij cum matre: unde dictum est in lege nature Gen. ij. Relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue. Ius enim naturale dictat maiorem reverentiam deberi parentibus quam coniugibus: et dictat non sic debere tractari turpiter parentes sicut se invicem contractant coniuges. Magis tamen est contra ius nature matrimonium filij cum matre quam filie cum patre: quia uxor debet esse viro subiecta. Est autem contra ius nature quod filius matrem teneat subiectam: unde et quedam animalia bruta abhorrent coire cum matre sua quamdiu dinoscunt eam esse matrem suam. Narrat enim plinius. xj. de animalibus: de quodam camelo qui cum saltasset super matrem suam coopertam: postquam recognovit eam esse matrem suam: statim deceptorem suum calcibus pemit et pedibus conculcavit. Similiter refert ibidem. viij. c. quod quidam equus cum saltasset super matrem suam: et post ipsa discooperta recognovisset eam: statim aufugit et se de alto proiciens interemit: quasi pro horrore scipsum non sustinens: eo quod etiam animalibus aliquibus inest ad parentes reverentia

naturalis. Et ut dicit Augu. in dicto. c. cũ igit ex hac cõsuetudie que ab ipo exordio humane ꝓpagatiõis originẽ habuit: scȝ instinctu leg. nature: q̃ solũ vetat ↄtrahere matrimoniũ iter ꝑles ⁊ parentes: quam scȝ ↄsuetudinẽ nulla lex ↄ̄ iubendo euacuauerat: excusaᷓ tñ Abraã Jsaac ⁊ Jacob et ceteri q̃ d̃ ꝓpria cognatiõe ducebãt vxores: q̃uis ⁊ alia causa certissime rõnis q̃ id factũ ẽ possit itelligi. Ceterꝭ eni idolatria fedatꝭ sola familia Heber i cultu vni⁹ dei remãsit: vñ Abraã a chaldeis cum fratre suo Aram i ignẽ quẽ adorare noluit ꝓiect⁹ ẽ: vt numẽ deitatis sue exurẽdo sentiret quẽ venerãdo colere ↄtẽpsit: ne ḡ ex ↄiũctiõe infideliũ fideles ad idolatriã ꝓlaberenᷓ: ⁊ ita deũ offenderẽt sicut ante diluuiũ filij dei cõmixti filiab⁹ hoim ipm ad iracũdiã ꝓuocauerũt: rectissime cautũ est: vt patriarche viri sanctissimi nõ nisi de ꝓpria cognatiõe id est de familia fideliũ sibi vxores accipẽt: h̃ ibi. Scdo vo repiᷓ aliq̃ consãguinitas q̃ mrimoniũ impedit ex dictamine leg. diuine: ita q̃ p legẽ diuinã ꝓhibenᷓ hmõi mrimonialit copulari: vtpote ↄsãguinei i pmo gradu ⁊ i scdo ex vna pte tm: vt patȝ Leuit. xviij. vbi ꝓhibeᷓ accessus p cõcubitũ ad patrẽ matrem nouercã sororẽ ex patre vel matre tm seu ex vtroq̃ eẽ etiã mrimoniũ genitã. Jtẽ ad filiũ vł filiã filie vel filij siliter ad sororẽ patris vel mris. Jtẽ ad vxorẽ patrui ⁊ filij ac etiã fratris vel etiã i filiã vxoris p̃uignã: aut filiũ filiãq̃ p̃uigni vel p̃uigne: nec ad sororem vxoris ipellicatũ. i. ad cõcubitũ: si tñ pma soror fuerit mortua tunc alia duci potuit. Has eni paucas psonas lex tm excludit: vt multiplicareᷓ holes ⁊ replerẽt terram. Excipiᷓ tñ vn⁹ casus: scȝ qñ frater moriᷓ sine liberis tũc frater supstes teneᷓ eã accipere ad suscitãdũ semẽ fratris sui defũcti: vt pȝ Deut. xxv. Cui⁹ statuti rõ ẽ: q: fili⁹ sic pereat⁹ p fratrẽ supstitẽ magis ptinere videbaᷓ ad defunctũ q̃ si h̃ fieret p extraneũ: frater etiã defuncti magꝭ tenebaᷓ eẽ sollicit⁹ de ↄfuatiõe nois fratris sui defuncti q̃ extrane⁹. Vñ si nolebat h̃ facere: pena ↄfusibili puniebaᷓ tãq̃ a fraterna charitate declinans: q̃ pena poniᷓ ibidẽ: p̃dicti aũt excludebãᷓ a mrimonio ne dareᷓ carnalib⁹ incẽtiuũ luxurie si possent hmõi matrimonialiter copulari eo q̃ tales psone solẽt frequẽter i vna domo cõmorari. Tertio denique p statutũ ecclesiasticũ matrimonialiter copulari ꝓhibeᷓ ↄsanguinei vsq̃ vsq̃ ad q̃rtũ gradũ inclusiue: vt sic dareᷓ castitati maior oportunitas: et q: vsq̃ ad hũc gradũ iter holes amicicia satis durare solet ꝓpter vinculũ naturale ↄsãguinitatis. Sed post illũ gradũ eos eccła cõcedit posse copulari ad amiciciaȝ quodãmodo fugientẽ reuocãdã: vt sic charitas iter holes dilatareᷓ: eo q̃ ↄiunᷓ ad ↄsãguineos sui ↄiugis multũ afficiᷓ et lȝ fm antiq̃ iura nõ pãt hoies copulari vsq̃ ad septimũ gradũ ↄsanguinitatis ⁊ aff.nitatis: vt. ptȝ. xxxv. q. iij. fere p totum: tñ hec iura reuocata sũt p ↄstitutionẽ nouã q̃ poniᷓ ex d̃ ↄsang. ⁊ affi. c. non debet: vbi subdiᷓ: ꝓhibitio dȝ copule ↄiugalis q̃rtũ ↄsanguinitatis ⁊ affinitatꝭ gradũ decetero non excedat: qm i vlterioꝛib⁹ gradib⁹ iã nõ põt absq̃ graui dispẽdio hmõi ꝓhibitio generaliter obseruari: ⁊ infra. Cũ ḡ iã vsq̃ ad q̃rtũ gradũ ꝓhibitio ↄiugalis copule sit restricta: eã ita volum⁹ esse ꝑpetuam: nõ obstantib⁹ cõstitutiõib⁹ sup h̃ dudũ editis vel ab alijs vel a nobis: vt si quis ↄ̄ ꝓhibitioneȝ hmõi p̃sũpserit copulari: nulla lõginq̃tate defendaᷓ annoꝝ: cũ diuturnitas tpis non minuit pctm h̃ auget: tanto q̃ sũt grauiora crimina quãto diuti⁹ infelicẽ aiaȝ detinẽt alligatã: glo. ⁊ ita nulla p̃scriptio currit ↄ̄ matrimoniũ sicut olim: sic et ↄ̄ votũ nulla currit p̃scriptio. xxvij. q. v. c. q̃d deo pari. Rõ aũt cur talis ꝓhibitio i quodã generali ↄcilio reuocata est ad quartuȝ gradũ: q: ↄstitutio antiq̃⁹ ↄseruata de septimo gradu ⁊ de alijs gradib⁹: freq̃ẽter difficultates inducebat ⁊ aiaꝝ pericula: ⁊ q: p refrigerationẽ charitatꝭ amicicie vinculũ iter ↄsanguineos vltra q̃rtuȝ gradũ sic euanescit ⁊ qsi totaliter fugit: q̃ extũc licitũ esse debuit ipaȝ p vinculũ matrimoniale renouari: nec etiã debuit citra q̃rtũ gradũ liceᷓtia ↄ̄hẽdi relaxari: q: vt scribit Grego. ad Augu. epm anglorũ: et habeᷓ. xxxv. q. iij. c. quedam lex romana permittit: scȝ. C. de nup. celebrãdis: vt siue fratrꝭ siue sororis seu duorũ fratrũ germanoꝝ siue duarũ sororum filius et filia misceantur: sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem nõ posse succrescere: in quib⁹ verbis ꝓhibet Grego. generaliter i tã ꝓpinq̃s gradib⁹ matrimoniuȝ celebrari: specialiter tñ cõcedit ad tẽpus genti angloꝝ q̃ tertia et quarta generatio fidelium inter eos licenter sibi iunganᷓ eo q̃ nouiter adhuc erãt.

cōuersi ad fidē: vt ibidē ꝓsequit̄: et co. ti. q. v. diffuse declarat: ꝯ idē Alexā. q. in. c. ad sedē: vltra mediū.
B Scd̄o q̄ri pōt vtrū incestus sit aliqua determinata spēs luxurie ꝯsertim cū id qd̄ de se non importat aliquā deformitatē: nō ꝯstituit aliquā determinatā speciē vitij: ꝯ accedere ad ꝯsanguineos vel affines nō ē ꝯm se deforme: alioquin nullo tp̄e licuisset. Ad hoc respōdet Tho. scd̄a. 2e. q. cxliiij. ꝙ ibi necesse ē inuenire determinatā speciē luxurie: vbi inuenit̄ aliqd̄ repugnans vsui debito venereorū. In vsu ꝟo ꝯsanguineaꝝ vel affiniū inuenit̄ aliqd̄ incongruū triplici rōne. Primo qꝛ naturaliter homo debet quādā honorificētiā parentib⁹: ꝛ ꝑ ꝯsequēs alijs cōsanguineis q̄ ex eisdē parentib⁹ de ꝓpinquo trahūt originē: intantū ꝙ apud antiquos (vt Valeri⁹ maximus refert) non erat fas filium simul cū patre balneari ne se inuicem nudos ꝯspicerēt: i actib⁹ āt venereis maxie ꝯsistit quedā turpitudo honorificētie cōtraria: vtpote de q hoīes verecūdāt̄ ꝛ ideo incōgruū ē vt taliū ꝑsonaꝝ venerea cōmixtio fiat adinuicē: ꝛ hoc exꝑmit̄ Leuit. xviij. mater tua ē: nō reuelabis turpitudinē eius ꝛ sic de alijs. Scd̄o qꝛ ꝑsonas sāguine ꝯiūctas necesse ē simul ꝯuersari: si ḡ tales a cōmixtiōe venerea nō arcerēt̄: opoꝛtunitas nimia daret̄ eisdē veneree cōmixtionis: et sic animi hoīm ꝑ luxuriā nimis emollescerēt. Hinc i lege veteri specialiter ille ꝑsone vident̄ esse ꝓhibite q̄s necesse ē simul cōmorari. Tertio qꝛ ꝑ hoc impedirēt̄ amicoꝝ multiplicatio: dū eni quis vxorē extraneā accipit: iūgūt̄ ei q̄dā amicicia speciali oēs cōsanguinei vxoris ac si eēnt cōsanguinei sui: vn̄ Augu. xv. de ciui. dei: dicē ꝙ habita ē rō rectissime charitatis: vt hoīes qb⁹ eēt vtilis atq; honesta ꝯcordia: diuersaꝝ vicissitudinū vinculis necterent̄ nec vn⁹ in vno multas haberet ꝯ singule spergerēt̄ i singulis. Aristo. autē addit ꝛ q̄rtā rōnē; i. ij. poli. dicēs: ꝙ cum hō naturalit̄ ꝯsāguineam diligat: si adderet̄ amor q̄ ē ex cōmixtiōe venerea: fieret nimius ardor amoris ꝛ maximū libidīs incentiuū qd̄ castitati repugnat. Ceteꝝ ad q̄stionē dicēdū: ꝙ i ꝯmixtiōe ꝑsonaꝝ ꝯiūctaꝝ aliqd̄ ē qd̄ ē ꝯm se idecēs ꝛ repugnās naturali rōni: sic̄ ꝙ cōmixtio fiat int̄ ꝑsonas ꝛ ꝓles q̄ꝝ ē ꝑ se imediate cognatio: vt p̄dictū ē. Alie ꝟo ꝑsone q̄ n̄ cōiūgūt̄ ꝯm seip̄as: ꝯ ꝑ ordinē ad ꝑsonas: nō hūt ita ex seip̄is indecentiā: ꝯ variat̄ circa hoc decētia vel indecētia ꝯm ꝯsuetudinē ꝛ legē diuinā vel humanā. Naꝫ qꝛ venereoꝝ vsus ordinat̄ ad cōmune bonū: ideo legi subiacet ꝛ ꝯm legis determinationē fit licita vel illicita decēs vel indecēs: dicit eni Augu. de ciui. dei: et ponit̄. xxxv. q. j. in. c. cū igit̄: vbi subdit̄: ꝙ cū nō eēnt alij hoīes nisi q̄ ex illis duobus: scꝫ Adā ꝛ eua nati fuissent: viri ꝯiuges suas sorores acceperunt: quod ꝑfecto quāto ē antiqui⁹ cōpellēte necessitate: tanto postea factū ē dānabili⁹ religiōe ꝓhibēte: hoc ibi. Quib⁹ ꝑmissis ꝑterea sciendū est: ꝙ multis modis cōmittit̄ incest⁹ sicut multiplex reperit̄ cognatio m̄rimoniū impediens ꝯtrahēdū ꝛ dirimēs ꝯtractū: primo nāq; carnalis ꝯsanguinitas sicut m̄rimoniū dirimit: sic etiā ei⁹ cōmixtio detestabile vitiū incest⁹ inducit: vn̄ incest⁹ post vitiū ꝯ naturā ē grauissimū petm̄ int̄ petā luxurie ꝯm Tho. vbi supra: qꝛ est ꝯ naturalē reuerētiā: quā ꝯiūctis ꝑsonis debem⁹: vn̄ ꝛ vtraq; lege dānat̄ vt ptꝫ. xxxv. q. iij. c. ꝯiūctiones ꝯsāguineoꝝ fieri ꝓhibēt. Quare igitur: qꝛ ꝛ has diuine seculiq; ꝓhibēt leges scꝫ. iij. q. iiij. c. consanguineoꝝ: ꝛ. C. de nup. Sequit̄: leges q̄ diuine ꝯ agentes: ꝛ eos q̄ ex eis ꝓdeūt nō solū eijciunt: ꝯ ꝛ maledictos appellāt: leges q̄ seculi infames vocāt ꝛ ab hereditate repellūt. Nos vero sequētes p̄res nr̄os infamia eos notam⁹: ꝛ infames esse cēsem⁹: ꝯ ibi. Insup oēs ꝓhibent̄ nubere q̄ sciēter suā ꝯsanguineam vl̄ affinē cognoscūt i gradib⁹ notat̄. xxxj q. vij. c. viduā. c. qui dormierit. xxxv. q. ij. c. si qs cū m̄re. c. si homo. Deniq; oēs qui sciēter ꝯtrahūt in gradib⁹ ꝯsanguinitatis vel affinitatis ꝯstitutiōe canonica interdictis: ipso facto sūt excōicati: vt patꝫ in cle. eos: ꝯ ꝯsāg. ꝛ affi. ꝛ si alt̄ sol⁹ sciuit illū defectū: tunc ꝯm glo. sol⁹ ligat̄. Insup putat Pau. ꝙ si nesciēter q̄dē cōtraxit: ꝯ postea sciēs affectu ꝯiugali cohabitauit: tūc incurrit hāc penā: qꝛ videt̄ de nouo ꝯtrahere: ꝯ hoc videt̄ rigorosū: ideo Fran. ꝯriū ei⁹ putat esse veri⁹: ꝛ ꝯ hoc i q̄nto p̄cepto ꝯmone. xxj. circa finē.
Scd̄o cōmittit̄ incest⁹ i affinitate. Est aūt affinitas quedā ꝓpinq̄tas ex carnali cōmixtiōe mediāte ꝯsāguinitate ꝑueniēs: ol carēs parētela: ꝛ qꝛ ꝑ oēꝫ carnalē cōmixtionē vir et mulier efficiunt̄ vna caro: ideo etiā in coitu fornicario ꝯtrahit̄ affinitas. Et lꝫ antiquit⁹ erāt tria genera affinitat̄; q̄ declarant̄ ex̄ de ꝯsāg. ꝛ affi. c.

nõ debet.in glo.tñ nũc solũ ꝑmanet ꝑ mu3 gen⁹ affinitat' qđ causat ex carnali cõmixtione mediãte cõsãguinitate: ⁊ h ideo qꝛ alia duo genera freq̃ter inducebãt difficultatẽ ⁊ ꝑiculũ aiaꝝ: vt dicit ibidẽ text⁹.

Preterea: eisdẽ gradib⁹ ꝓhibet m̃rimonij ɔtract⁹ ⁊ cõmittit incest⁹ in ɔsãguinitate ⁊ affinitate vt p3.xxxv.q.iij.c. eq̃liter: cum duob⁹ seq̃ntib⁹: ⁊ dicto.c. nõ debet: nec põt hec ꝓhibitio p̄scribi: vt dicto.c. nõ debet.i fi. Qr si q̃rit vtꝝ sit mai⁹ peccatũ cognoscere ɔsãguineã ꝓꝑiã vel ɔsãguineã vxoris. Ad h r̃ndet Rich. sup.iiij. di.xxxiiij. q cognoscere ɔsãguineã ꝓꝑiã maius pctm̃ est: nõ tñ tãtũ iniuriat vxori quãtũ si cognosceret ɔsanguineã vxoris: nec ẽ tãtũ ꝑiculũ m̃rimonij: qꝛ nõ ɔbit p h affinitatẽ cũ vxore: ⁊ ideo nõ sic ꝑuat iure petendi debitũ ab vxore. Deniq3 sicut dictũ est de ɔsãguinitate sic etiã dicẽdũ ẽ de affinitate: q oẽs sciẽter ɔtrahẽtes cũ affini in gradu ꝓhibito sũt ipo facto excõicati: vt p3 in dicta cle.eos. Mimirũ cũ ⁊ aplš grauitatẽ hui⁹ criminis ostẽdere volẽs: dicit.j. Cori.v. Ego q̃dẽ absens corpe p̄sens aũt spũ: iã iudicaui eũ q̃ sic opat⁹ ẽ scʒ accipiẽdo vxorẽ p̄ris: in noĩe dñi tradere hmõi sathane i interitũ carnis: glo. vt sathanas eũ corporaliter vexet ⁊ sic a malo resipiscat.

Tertio mõ cõmittit incest⁹ i publice honestatis iusticia. Est aũt publice honestatis iusticia ꝓpinq̃tas ex spõsalib⁹ ꝓueniẽs robur trahens ab eccl'ie institutiõe ꝓpter ei⁹ honestatẽ. Pro q̃ nota: q affinitas nõ solũ ɔtrahit p m̃rimoniũ ɔsũmatũ: s etiã p m̃rimoniũ nõ ɔsũmatũ p copulã carnalẽ: imo etiã p q̃dã sponsalia scʒ illa non solũ q̃ de iure tenẽt: s etiã q̃ d iure nõ tenẽt: saltẽ ꝓpter impedimẽtũ ɔsãguinitat' affinitatis cõpaternitat': qꝛ publice honestatis iusticia req̃rit q talia spõsalia m̃rimoniũ impediãt: vt pat3 ex de spon. impu.c. ɔtinebat.§.vl. de spon. ⁊ ma.c.iuuenis.c. ad audiẽtiã. Et durat h impedimẽtũ vsq3 ad q̃rtũ gradũ ɔsanguineoꝝ inclusiue: vt vt de spõ.c.sponsã: ⁊ dicto.c. cõtinebat: in fi. Si tñ sponsalia fuerũt nulla ꝓpt defectũ vsus rõnis: tũc nullã inducũt affinitatem: puta qꝛ ambo vel vn⁹ erat infans: vel ꝓpt defectũ ɔsensus: vel qꝛ spõsalia facta erãt sub ɔditiõe nõ extãte: vel añq3 extaret cõditio ɔtraxit cũ alia: tunc nõ oꝛit publice honestat' iusticia m̃rimoniũ impediẽs: vt p3 li.vj. de spon.c.vnico: ⁊ de despon. im

pub.li.vj.c.vno: vbi plura de h. Quarto cõmittit incestus in cognatione spũali. Pro q̃ nota q s̃m Richar. sup.iiij.di.xlij. q sicut hõ p carnalẽ generatiõe3 accipit eẽ nature: sic p generatiõe3 spũalẽ accipit eẽ grẽ: ⁊ ideo sicut p generatiõe3 carnalẽ contrahit generat⁹ cũ pentib⁹ quoddã vinculũ qđ dr cognatio carnalis: sic p regenerationẽ spũalẽ ɔbit quoddã vinculũ cũ dãte sacrm̃ regeneratiõis q̃ ẽ spũalis p̄r ꝑsonã dei rep̄sentãs: ⁊ cũ tenẽtib⁹ ipm dũ suscipit sacrm̃ q̃ rep̄sentat m̃re3 spũalẽ scʒ ecclesiã: ⁊ illđ vinculũ dr cognatio spũalis. E

Et ẽ q̃dã ꝓximitas ꝑsonaꝝ ꝓueniẽs ex datione sacri vel tẽtione ad illud: ⁊ h ꝓximitas si p̄cedit ɔtractũ m̃rimonij: tũc impedit ɔhẽdũ ⁊ dirimit ɔctũ: vt p3 i.c. veniens.ex de cognatiõe spũali: q si post ɔctũ m̃rimoniũ ex certa sciã talẽ cognatiõe3 cũ vxore ɔxerit: sibi ip̄i p̄iudicat q̃tum ad exactionẽ debiti: alioq̃n incestũ cõmitteret: vt eo.ti.c.si vir: i fi. s ignorãtia ꝓbabilis excusat: vt ibi. Idẽ Tho. Hosti. ⁊ Io. an. Et hui⁹ q̃dẽ cognatiõis tres sunt spẽs: scʒ p̄rnitas q̃ ɔbit i̇ter regenerantẽ ⁊ regeneratũ: regenerãs aũt ẽ baptismũ ɔferens q̃ rep̄sentat ꝑsonaꝝ p̄ris: scʒ dei: ⁊ tenẽtes ꝑsonã m̃ris scʒ eccl'ie: ⁊ inẽ illos ⁊ regeneratũ ɔbit p̄rnitas: si tñ ip̄i prius regenerati fuerũt p baptismũ: nã iude⁹ vel gẽtilis nõ baptizat⁹ nõ ɔbit p̄rnitatẽ cũ puero leuato. Scđa ẽ cõpaternitas q̃ ɔbit inẽ regenerantẽ ⁊ generantẽ: qꝛ tã baptizãs q̃3 etiam leuãtes efficiũt cõpatres vl' cõmatres parẽtũ carnaliũ ip̄i⁹ regenerati. ⁊ aliq̃n trãsit hec cognatio ad vnũ ɔiugũ alio mediãte: aliq̃n nõ: nã qꝛ ɔiuges i̇ter se cõicant actiones nõ passiões: ideo si vn⁹ leuat pueꝝ alter ɔiũx efficit etiã de eadẽ cognatiõe spũali: eo q iã ɔiuges effecti sunt vna caro: secus tñ eẽt si leuaret añ ɔsũmatũ matrimoniũ. Ecõtra xo si vn⁹ ɔiugũ ꝓlẽ acq̃reret i adulterio tunc illã leuantes tñ ɔbũt cognatiõe3 spũalẽ illi⁹ ɔiugis cui⁹ ẽ ꝓles: hec patent ex d cogna.spũi.c. martinus.xxx.q.iiij.c.si q̃s vn⁹: ⁊.c. q̃ spũale3: ⁊ ideo põt alterã ɔiugũ cui nõ ẽ cognatiõe spũali ɔiũct⁹ ducere i ɔiugiũ: vt dic text⁹ dicti.c. q̃ spũalem: qđ declarat ibide3 glo. Et sic ẽ si vn⁹ ɔiugũ añ ɔsũmatum matrimoniũ leuat pueꝝ: tũc eñ alter ɔiugũ nõ ɔtrahit cognationẽ p hoc spũalem: qꝛ nec dũ facti sũt vna caro: vt ibidẽ.c.post vxorũ. Tertio xo ẽ ɔfraternitas q̃ ɔtrahit inter

regeneratū ⁊ carnales filios regenerātis ⁊ leuātis: vt ptꝫ.xxx.q.iij.c.pitaciū.c.nō oportet:ex̄ de cogna.spirl.c.ex līis: ⁊ h̄ siue carnales filij nati sint añ ɔctā cōpaternitatē int̄ suos parentes carnales ⁊ parentes regeneratī siue post: vt eo.ti.c.tua nos. Filij tñ ꝑ q̄ꝫ neutꝝ ꝑuentū ē ad cōpaternitatē: libere m̄rimonialiter copulari ꝑñt: nisi ɔsuetudo illi⁹ eccl'ie ɔ̄dicerēt: ⁊ h̄ siue dicti filij nati fuerint añ cōpaternitatē siue post: vt eo.ti.c.j.sup eo: sic pr̄ spūalis in vxorē licite ducere pōt sororē filij spiritualis: vt ptꝫ.xxx.q.iij.c.nō oportet.§.si uero ⁊.§.si q̄s. Per fornicariā aūt copulā s̄m quosdā lꝫ efficiant̄ vna caro nō tñ ꝓpter h̄ trāsit cōpaternitas: q̄ꝛ ꝑ rem pure carnalē nō ɔtrahitur spūalis cognatio: et hm̄ōi opinionis ē Richar. ⁊ h̄ pōt itelligi q̄ꝫ nō ɔtrahit̄ cognatio dirimēs matrimoniū ɔtractū sed impediēs ɔtrahēdū: ⁊ eo modo sentiūt alij q̄ꝫ ɔtrahit̄ cognatio spiritualis cui⁹ opinionis ē Tho. ꝓdictū aūt impedimentū multū ē ꝑiculosū ꝓ filijs sacerdotū parrochialiū q̄ infinitos acq̄rūt ɔfratres ⁊ ɔsorores spūales: imo fere oēs iuniores illi⁹ parrochie. Quinto cōmittitur incestus ī spūali cognatiōe q̄ ɔtrahitur in ɔfirmatiōe: in q̄ similiter ɔtrahit̄ tam forte vinculū cognatiōis spūalis: q̄ꝫ etiaꝫ dirimit matrimoniū ɔtractū eisdē modis ⁊ gradib⁹ q̄b⁹ cognatio spūalis in baptismo ɔtracta: ⁊ sicut ibidē leuātes tenent ⁊ rep̄sentāt matrē spūalē scꝫ ecclesiam: sic h̄ tenētes ɔfirmādū: verūtñ q̄ꝛ in cathecismo nō ē nisi q̄dā dispositio ad regeneratiōeꝫ: ideo ɔ̄hit̄ ibidē cognatio spūalis tā debilis q̄ꝫ vix impedit m̄rimoniū ɔ̄hendū: nec dirimit ɔctū: vt ptꝫ ex̄ ō cog.spirl.c. ɔcto.

Sexto cōmittit̄ incest⁹ cuꝫ filia spūali ꝑ pniaꝫ regenerata ⁊ ɔfessionē: vt ptꝫ.xxx.q.j.c.oēs: cū duob⁹ se. vbi vtriq̄ grauissima imponit̄ pnia: nā ī.ij.c.imponit̄ hm̄ōi sacerdoti q̄ꝫ ab oī officio deponat̄: ⁊ ꝑegrinādo.xv.ānis peniteat: postea ī monasterio vsq̄ in finē vite deo fuiat: ⁊ filia quaꝫ corrūpit oīa relinquat ⁊ vsq̄ ad morteꝫ deo seruiat ī monasterio. Ex q̄ arguit glo. q̄ꝫ plus peccat sacerdos cognoscēdo filiaꝫ spūalē q̄̄ alteri⁹ vxorē h̄ illa cognatio non se extēdit vlteri⁹ q̄̄ inter patrē spūalē ⁊ ei⁹ filiā spūalē. Septimo cōmittit̄ incestus in cognatiōe legali q̄ fit ꝑ adoptiōem. Est aūt adoptio volūtarius motus quo de nō filio fit fili⁹ nō naturalis. Et ē triplex species legalis cognitiōis. Prima ē inter adoptantē ⁊ adoptatuꝫ: ⁊ illa semꝑ impedit ⁊ dirimit matrimoniū. Secunda est inter liberos naturales ⁊ adoptantis ⁊ adoptiuos: ⁊ illa tādiu impedit ⁊ dirimit m̄rimonium: q̄̄diu durat adoptio. Tertia ē quedam legalis affinitas que ɔsistit inter adoptatū ⁊ vxorem adoptātis: ⁊ illa ꝑpetuo impedit ⁊ dirimit matrimoniū sicut p̄ma: ⁊ hoc ꝓpter reuerentiā quā adoptat⁹ semper debet patri adoptāti ⁊ eius vxori: sed q̄ꝛ casus iste rarissime reꝑit̄: ō ceteris gratia breuitatis supsedeo. Ad laudem dei.

De pctō ɔ̄ naturā qḋ ꝓcurat̄ siue ɔcubito diuersimode ⁊ pollutione nocturna q̄ñ est pctm̄ ⁊ impedit sacramentū: Sermo VIII

NOn mechaberis:

Exo.xx. Septima deniq̄ species huius mechie est peccatū contra naturam: quod est peccatū grauissimū inter omnes luxurie species sua detestabilitate ꝓprio carens nomīe: vnde vocatur peccatum mutum: eo q̄ꝫ ipm̄ etiaꝫ nominare turpissimuꝫ esset: vnde.xxxij.q.iiij.c.in eo subditur de his nephandis criminib⁹ que in occulto fiunt: que nominare etiam turpissimū est: ne etiam dicentis os et aures audientium polluantur: vbi dicit glo. nam dicit imꝑator q̄ꝫ ꝓpter ista crimina īducuntur fames ⁊ pestilētie et terremot⁹. In aut̄. vt non luxurient̄ contra naturā. §. si eni: colla.vj. vocatur etiā peccatum clamās vindictaꝫ scꝫ ɔ̄ operantem: q̄ꝛ ibidē natura vim patit̄ ⁊ interimit̄ cū nō potest inde seq̄ fruct⁹ nature: ⁊ de hoc postea: dicit eni Augu.xxxij.q.vij.in.c.flagicia: q̄ꝫ per istud peccatum violat̄ ipa societas: q̄ cuꝫ deo nobis esse debet: cū eadē natura cui⁹ ipe auctor ē libidinis ꝑuersitate polluit̄: vñ ꝓpter reos hui⁹ vitij etiā vicini cohabitantes plerūq̄ puniunt̄: sicut ex̄ de exces. p̄la.in.c.clerici.sup verbo q̄nq̄ ciuitates: dicit glo. q̄ꝫ illaꝝ ciuitatum due perierunt ex vicinitate ⁊ tres ex ꝓprio delicto. Paulus autem ad Roma.j. vocat peccatū illō turpitudinē anthonomatice: q̄ꝛ lꝫ oē peccatū sit aīe deturpatio: tñ istud anthonomatice dr̄ turpitudo: eo q̄ꝫ etiā ipi demōes hoc peccatū erubescūt: vt dicit ibideꝫ glo.

Notandū autē ꝙ peccatum cōtra naturā large loquendo est omne illud ex cuius actu nō potest sequi generatio licz fiat emissio seminis: quod vtiqꝫ est ꝯtra naturam que maxime multiplicationē intendit sue speciei: ꝓpter quod peccatū istud vtpote ordini nature contrariū grauissimū iudicatꝰ ī genere suo: ⁊ habet multos gradus. Infimus autē gradus vocatꝰ mollicies vel immundicia ⁊ cōmittitꝰ cum absqꝫ aliquo cōcubitu causa veneree delectationis ipa pollutio ꝓcuratur: vel ꝑ solam morosam ⁊ libidinosam delectationē: vel etiā ꝑ libidinosam oblectationē visus: amplexus per oscula vel colluctationes cōdormitiōes: impudicas palpationes manuales vel instrumentales pollutiones: ⁊ multis similibus aliisqꝫ modis diuersis ⁊ gestibꝰ hec scelerata facinora ꝑpetrantꝰ: que cūcta specificare verecundia vetat: cum execranda coram deo et hominibꝰ reputantꝰ. Et hoc peccatū cur tam graue ponderatꝰ ostendit Tho. scđa. 2e. q. cliiij. dicens: ꝙ sicut ī speculatiuis error circa ea quoꝝ cognitio naturaliter est homini indita: est grauissimꝰ et turpissimus: sic in agēdis agere ꝯtra ea que sunt ꝯtra naturā determinata: est grauissimū ⁊ turpissimū: quia ergo vitiis que sunt ꝯtra naturā homo transgreditꝰ id qđ est ſm naturā determinatū circa vsum venereum inde est ꝙ in tali materia hoc peccatū est grauissimū et detestandissimū: vñ et demones hoc vitiū maxime detestātꝰ ex ingenuitate nature: ⁊ etiā maxime cooperantꝰ vt sequatꝰ detestanda degeneratio et ꝑditio anime. Nam ꝙtum ad primū legitꝰ in lib. Apū de quadā muliere ī diocesi cameraceñ. assuefacta hoc scelere: que semel in lecto lasciuiens hoc scelus extraordinarie pollutionis ꝑpetrabat: statimqꝫ demonē audiuit inter se et parietē cum cachino clamātē pfuh. pfuh. pfuh: interiectionem significās indignantis ⁊ ꝯfundētis: quapropter mulier turpissime ꝯfusa cū maximo merore ⁊ pudore ꝯfessa: grauissime penituit. Et alia quedā dū se similiter pollueret ⁊ audiuit vocē demonis dicētē: age misera age: qđ agis bene soluetꝰ tibi in primo qđ nunc facis: que post a peccato resiliēs ac pniāz assumēs: ex maximo timore mortē incurrit. Unde ⁊ vitiū h̄ demonibꝰ est verecundū: qđ glosa velle videtꝰ sup illum locū Ezech. xvj. vbi dicitꝰ: Dabo te ī manibus odientiū te filioꝝ palestinorū. i. demonū qui erubescunt de via tua scelerata: vitium contra naturā intelligens. Nimirū cū dicit Aristoteles in li. de animalibus ꝙ nullū animal eiicit semē extra feminā ꝙ̄ homo. Et in hoc plꝰ ē ꝯtrarius ordinationi nature ꝙ̄ pecus. Dicūt etiā quidam ꝙ tēpus mortalis vite christi excedētes et in hoc scelere adhuc ꝑseuerātes: ab hoc vitio liberari non poterūt nisi speciali miraculo redemptoris: hinc sepius octogenarij ⁊ centenarij repiuntꝰ adhuc hoc vitio maledicto irretiti. Nihilominꝰ ⁊ demones ad hoc vitiū ꝑpetrandum industriose coopantur. In cuius argumentū antiquitus inducebant ꝑditos ad imolandā idolis semen illud detestandū ⁊ fetidissimum qđ sperma vocamꝰ. Nā sicut aliqui sacrificabant idolis de sanguine suo incidentes se cultris ⁊ lāceolis donec sanguine ꝑfunderētꝰ: vt pꝫ. iij. Reg. xviij. de ꝓphētis Baal: sic etiam aliqui idolatre de suo semine sacrificiū detestandum faciebant: quia est sanguis magis digestus. Sed hoc ꝓhibet dñs suis seruitoribꝰ Leui. xviij. dicēs: De semine tuo nō dabis vt ꝯsecretꝰ idolo Moloch. Et penam apponit Leuitꝰ. xx. dicēs: Si quis dederit de semine suo idolo Moloch: morte moriatꝰ: populꝰ t̄re lapidabit eū. Et infra ꝙ si negligens populꝰ terre ⁊ q̄si paruipendēs imperiū meū: dimiserit hominē q̄ dederit de semine suo Moloch nec voluerit eum occidere: succidā ipm̄ et oēs qui ꝯsenserūt ei vt fornicaretꝰ cū Moloch de medio populi sui: hec ibi. Hic ergo queri pōt: vtrū pollutio non volūtaria vtpote ex infirmitate nature causata vel ī somno ꝯtingens sit peccatū criminale: p̄sertim cum ipa reptatur punita ī lege veteri: dicitꝰ eni Leui. xv. Uir q̄ patitꝰ fluxū seminis immūdus erit: ⁊ tūc iudicabitꝰ huic vitio subiacere: cū ꝑ momenta singla. i. frequēter adheserit carni illius atqꝫ ꝯcreuerit fedus humor. Insup imūdū reddebat lectū suū: vestē: sedē: sagmā. i. sellā vł stratura asini: vas fictile qđ tangebat frangebatꝰ: sed ligneū lauabatꝰ: qui tangebat eiꝰ lectū: vestē: sedē imundus erat: siłr sup quē ipe saliuā iaciebat: ⁊ talis lauabat vestimēta sua ⁊ erat imūdꝰ vsqꝫ ad vesperā. Porro fluxū seminis patiens postꝙ̄ sanatꝰ fuerat: numerabat septē dies ⁊ lotꝭ vestibꝰ ⁊ corpe mūdꝰ erat: ⁊ octauo die offerebat par turturꝫ aut duos pullos colūbaꝝ ⁊ faciebat sacerdos occidi alterū ꝓ peccato et

alterũ in holocaustum. Similiter Deuter.
xxiij. dicit. Si fuerit inter vos homo qui
nocturno pollutus sit somno: egredietur ex-
tra castra scz deitatis et leuitarũ que castra
erant in medio exercitus. Sequitur. Et non
reuertetur priusq̃ ad vesperũ lauetur aqua: et
post solis occasum regredietur in castra. Ex
quib' punitionibus vel institutionib' vi-
detur vtrũq̃ reputari in peccatũ. Ad hoc di
cendũ: q̄ vt dicit Aug'. in li. de duob' ani
malib': et ponit. xxxij. q. v. §. Nõ nisi volũ
tate peccatur. Et iterũ Isidor' in synonymis:
et ponitur ibidẽ. c. nõ potest corpus corrũpi
nisi prius corruptus anim' fuerit: munda
nãq̃ a cõtagione aĩa caro nõ peccat: et hoc
est quod ait beata Lucia. Nõ inquit inq-
natur corpus nisi de ꝯsensu mentis. Ex q-
bus liquido patet: q̄ in dictis duob' arti-
culis ꝓprie loquẽdo nullũ emergit pecca-
tum: cum et in somno nõ habeat vsuz ratio
nis et fluxum huiusmodi quis patiatur inui
tus: sed dicta institutio corporalis purifi-
cationis a deo ordinata est ꝓpter corpora-
lem imundiciã ex dictis defectibus causa-
tam. Uerũtamen q̃uis nocturna pollutio
q̃tum in se est nullũ sit peccatum: eo q̄ ad
peccatũ requiritur liberũ arbitriũ. i. iudiciũ
rationis cũ consensu voluntatis: qđ qui-
dem iudiciũ non potest esse in dormiente:
eo q̄ tale iudiciũ dependet ab opationib'
potentiarũ animaliũ que tunc ligantur et de
sciunt: sicut etiã in furiosis et amentib' qui-
bus nõ reputatur ad culpã quod agũt. Po
test tamẽ illa pollutio esse signũ vel effectus
B peccati p̄cedentis. Ad cuius euidẽtiam
sciendũ q̄ vt Gregori' scribit Augustino
angloꝝ epõ: et habetur di. vj. c. testamentuz:
vbi subditur. Sz ẽ i eadẽ illusione nocturna
necessaria valde discretio: que subtiliter pẽ-
sare debet ex qua re accidat menti dormiẽ
tis. Aliqñ eñ ex crapula: aliqñ ex nature
supfluitate vel infirmitate: aliqñ ex cogi-
tatione ꝯtingit pollutio: hec ibi. In q̃bus
verbis patẽt tres cãe p̄ncipales illusionis
nocturne. Prĩa cã est nature supfluitas vel
debilitas: cũ scz pollutio ꝯtingit vel ex for-
titudine virtutis expellẽtis supfluũ: vel ex
debilitate virtutis naturalis semẽ retinere
nõ valẽtis: et sic ꝯtingit ex sola dispositio-
nature et nõ ex p̄cedenti cogitatiõe: vel sup-
flua in gurgitatiõe: et tũc nõ est pctm̃ nec ẽ
talis pollutio timẽda: vnde in dicto. c. te-
stamẽtũ: subditur. Et quidẽ cũ ex nature su-
perfluitate vel infirmitate euenerit oĩno h

illusio nõ est timenda: quia hãc anim' ne-
sciens ptulisse magis dolẽdus ẽ q̄ fecisse.
et dicit Jo. de la. q̄ talis pollutio non pro-
hibet sacramẽtũ pcipere vel ꝯficere: qr̃ sm
Tho. in. iiij. Nõ est signũ alicuius peccati
põt tñ hebetudinẽ mẽtis inducere si simul
cũ imaginatione ꝯtingat: et tũc ꝯsulenduz
ẽ q̄ aliquis abstineat tam a celebratiõe q̃
sumptione sacramẽti: cum ad hoc eleuatio
mentis requiratur. Uerũ si nõ causat depssio-
nem mentis: tũc hz tm̃ imũdiciã corpalem
et ideo si necessitas iminẽat vel deuotio ex
poscat: nõ impedit celebrationem vel sacra
menti sumptionẽ. Si tñ ꝓpter reuerẽtiã q̃s
abstinet laudãdus est: maxĩe qñ talis na-
ture dispositio nõ ẽ perpetua vel nimis fre-
quẽs. Et simile ẽ sm Tho. scda. 2e. q. cliiij.
qñ resolutio talis humoris fit ꝓpter nimiã
corporis calefactionẽ vel aliã quãcũq̃ con
motionẽ seu causã nõ culpabilẽ. Secunda
vero causa est superfluitas crapule: scz ci-
bi vel potus: et tũc nocturna pollutio ha-
bet rõnẽ culpe: nõ ex se sed ex sua causa: et
ẽ signũ peccati p̄cedentis. Si tñ p̄cedens
crapula fuit tm̃ veniale peccatũ: tunc illa
pollutio nõ prohibet ab eucharistie perce-
ptiõe: sz ꝓhibet ab eiusdẽ ꝯfectiõe nisi ne-
cessitas iminẽat: vñ in dicto. c. testamẽtum
subditur. Cum vero vltra modũ appetit' gu-
le in sumendis alimẽtis rapitur: atq̃ idcir-
co humorũ receptacula grauantur: hz exin-
de anim' aliquẽ reatũ: nõ tñ vsq̃ ad prohi
bitionẽ mysterij pcipiendi vel missaꝝ solẽ-
nia celebrandi: cũ fortasse aut festus dies
exigit aut exhibere ministerium p eo q̄ sa
cerdos alius deest ipã necessitas cõpellit:
nã si assunt alij qui iplere ministeriũ vale-
ant illusio p crapulã a pceptiõe sacri myste
rij ꝓhibere nõ dz: sz ab imolatiõe sacri my-
sterij vt arbitror abstinere dz humiliter. Si
tñ dormientẽ turpi imaginatiõe nõ cõcusse
rit. s. illusio ita q̄ sequatur mentis depressio
tũc eñ tã pcipiẽs q̃ ꝯficiens abstinere dz.
Uerũ si pollutio causata est ex nimia crapu-
la vel ebrietate q̄. s. induceret mortale pctm̃
tũc oĩno cessare dz illo die. Tertia deniq̃
cã ẽ illusio somnioꝝ: q̃ q̃nq̃ ꝓuenit ex sola
opatione demonis ꝯmouẽtis fantasmata
dormientis in ordine ad talẽ effectũ. s. pol-
lutiõis absq̃ ei culpa holis: et tũc nullũ est
pctm̃ nec ipedit eucharistie confectionẽ.
Q̃nq̃ vero ꝯtingit cũ alij pctõ veniali p̄ce
dẽti. i. ex negligentia se pparãdi ꝯ demo-
num illusiones. Hinc in ꝯpletorio cantatur.

Nostrūq₃ nostrū ꝯprime ne polluant corpa. Nec tñ tūc impedit eucharistie ꝯfectionē: nisi sequeretur depssio mentis. Aliqñ vo talis somniorū q₃ pollutionū illusio cōtingit ex cogitationib⁹ preuijs q̄ ꝑcesserunt in vigilijs ꝛ ꝑsertim ex cogitationib⁹ carnalib⁹ q̄ sūt cū ꝯcupiscētia animaliū delectationū: qꝛ ex h̄ remanet quoddā vestigiū ꝛ inclinatio in aīa: sic ꝙ dormiēs facili⁹ inducit̄ in sua imaginatione ad assentiendū actibus ex quib⁹ sequit̄ pollutio: et ſm h̄ dic̄ pħs j. ethi. ꝙ ingtū ptrāsceunt paulatim q̄dam motus a vigilantib⁹ ad dormiētes: meliora fiūt fantasmata studiosorū q₃ qrūlibet. et Aug⁹. xij. sup Geñ. ad litterā dicit: ꝙ ꝑpter bonā aīe affectionē q̄dam ei⁹ merita i somnijs clarent. Subdit̄ ḡ in dicto. c. testamētū ꝙ si ex turpi cogitatione vigilantis orit̄ illusio in mente dormiētis: pꝫ aīo reatus su⁹: videt em̄ a qua radice inq̄natio illa ꝓcessit: qꝛ qđ cogitauit sciēs: hoc ꝑtulit nesciēs ꝛ infra. Sꝫ pēsanda ē ip̄a cogitatō vtrū in suggestione an delectatiōe vel qđ maius ē in peccati ꝯsensu ceciderit. Trib⁹ em̄ modis ipleť oē pctm̄: videlicet suggestiōe: delectatione ꝛ ꝯsensu. Suggestio q̄ppe fit ꝑ diabolū: delectatio ꝑ carnē: consensus ꝑ spm̄: qꝛ ꝛ primo culpā serpēs suggessit: Eua delectata ē velut caro: Adā vero velut spūs ꝯsensit: et necessaria est magna discretio inter suggestionē atq₃ delectationē: ꝛ inter delectationē atq₃ ꝯsensū. et infra. In suggestiōe pcti semē ē: in delectatione fit nutrimētū: in ꝯsensu ꝑfectio:

tia distinguit in septē modos. Primus ē
cū ocupiscentia osistit in pmo motu tñ et
sic est veniale pctm: nā primus motus in ge
neratiua semp est pctm nisi p sacrm matri
monij excuset: lz nō semp sit pctm i nutri
tiua: cuius ratio ē: qz vis ocupiscibilis nō
est ita corrupta i nutritiua sicut i generati
ua. Secūdus est cū sequit osensus in dele
ctationē lz non in opus: z sic ē mortale pec
catū: sicut cū qs tenet scienter cogitatiōez
immūdā de pctō carnis: z sibi placet dele
ctat voluēdo z reuoluendo: licz opus pfi
cere non vellet. Tertius cū adest osensus
in opus si facultas vel oportunitas adesset
z sic etiam est peccatū mortale. Quartus
cū ocupiscētia nō solū tenet corde sz etiā
palest visu: z sic etiā est peccatū mortale.
Mat. v. Qui viderit mulierē ad ocupiscē
dū eā iā mechatus ē eā in corde suo. i. q hoc
aio z fine itēdit in mulierē vt eā ocupiscat
z p osensū carnaliter cognoscat: qz fm Au
gu. hoc nō est iā titillari sed plene osentire
libidini. Et signāter dicit ad ocupiscēdū
eā: qz si qs viderit eā vt rē pulchrā z visui
gratā nec vlterius pcederet tūc puū vel nul
lū esset pctm: vel solum pctm curiositatis.
Quintus modus ē i stultiloquio z turpilo
quio vt cū qs pcat mulierē vl saltē habet
cū ea familiaria colloquia ppt libidinem
ad alliciēdū eius osensum: z sic ē mortale.

Sextus cū qs libidinose mulierē amplectat
vel osculat aut libidinose tāgit vbera vel
pudēda illius: z h vocatur ab aplo turpido
vt dicit glo. ibidē z hoc ē mortale pctm iet
tāto grauius pcedētibus quāto magis libido
p talia accēdit ppt nimiā approximatiōez
ad ignē: vñ tāgere mulierē sine intētione
peccādi vel libidinē excitādi vel etiam a
muliere sic tāgi nō ē pctm. Siīr tāgere vx
orē suā cū intētiōe sed ex necessitate z ex p
posito generādi plem ad diuinū cultū vel
pcauendi fornicatiōez i oiuge vl reddēdi
debitū. Sz ex libidine osculari vel tāgere
mulierē ad se nō ptinentē ē mortale pctm.
Septimus modus ē qñ ocupla pcedit in
opus: z tūc certū ē q ē mortale pctm: hec cō
pendiū. Scdo qrit pōt: vtz luxuria sit vi D
tiū capitale: q certum cū dicat Isid. ii. de sū
mo bono: q sicut p supbiā mentis itur ad p
stitutionē libidinis: ita p humilitatē men
tis salua fit castitas carnis: sed ō rōnez vi
tij capitalis eē videt q ex alio vitio orta
tur. Ad h rñdet Tho. vbi supra: q vitium
capitale ē illud qd habet finē multū appe
tibilē: ita q ex eius appetitu hō pcedit ad
multa peccata ppetrāda q oia ex illo vitio
tāq ex pncipali dicunt oriri. Finis aūt lu
xurie ē delectatio venereoz q ē maxia: vñ
delectatio hmōi i venereis ē maxime appe
tibilis fm appetitū sensitiuū: tum pter
vehementiā delectatiōis: tū etiaz pter ge
neralitatē huius ocupiscētie: ex q manifestū ē: q
luxuria vitiū ē capitale. Nec obstat q lu
xuria ex vitio supbie originē trahat: quia
Grego. xxxj. moral. supbiam ponit reginā
oim vitioz: z inanē gliaz que imediate ab
ipa orit ponit vitium capitale: z h rationa
biliter: qz supbia importat inordinatū ap
petitū excellētie: ex oī aūt bono qd qs ap
petit quādā oseqt pfectionē z excellētiā:
z ideo fines oim vitioz ordinant in fines
supbie: ex q videt q habeat quandā gene
ralē causalitatē sup alia vitia: ppterea Gre
go. vbi supra: ponit luxuriā esse vitiū capi
tale octo filias eidē assignās. Cuius rō est:
qz cū inferiores potentie ad obiecta sua ve
hemēter afficiunt osequēs ē q vires supe
riores i actibus suis ipediat z deordinent.
Per vitiū aūt luxurie maxie appetitus infe
rior. s. ocupiscibilis vehemēter intēdit suo
obiecto delectabili pter vehementiā dele
ctatiōis: z ideo osequēs ē q p luxuriā ma
xime vires superiores deordinēt scz ratio z
voluntas. Sūt igit rōnis qttuor: actus la

agendis. Primꝰ actꝰ ē simplex intelligētia
q̄ apprehēdit finē aliquē vt bonū: ⁊ hic actꝰ
impedit̃ ꝑ luxuriā ſm illō Dan. xiij. Spe-
cies decepit te ⁊ ꝯcupiſcētia subuertit cor tuū.
Et q̄tum ad hoc cecitas mētis ponit̃ filia
luxurie sicut hebetudo mentis ponit̃ filia
gule: ⁊ de eoꝝ differētia vide supra in. iij.
pcepto ſmone. v. B. Et merito cecitas mē
tis ponit̃ filia tā detestāde matris: q2 ſm
Augu. in ope luxurie tota rō absorbet̃: ita
ꝙ lumen rōnis quodāmodo extinguit̃: et
totꝰ hō q̄ſi carnalis efficit̃: ⁊ inde est ꝙ vi-
tiū carnis plus hoīem vilificat ⁊ ꝑ infami
am denigrat q̄3 alia vitia maiora. Quō ex
eo ꝯtingit: q2 ꝑ extinctiōe3 rōnis hō ꝑuat̃
sua naturali dignitate q̄ ꝑ vsū rōnis cete-
ra pcellit. Hinc ꝯsulit ps. xxxj. dicēs: No
lite fieri sicut equus ⁊ mulus ⁊c̃. Unde cō
querit̃ dominꝰ Hiere. v. dicens: Saturaui
eos et mechati sunt et in domo meretricis
luxuriabant̃: equi amatores. Lyra ibidē
notat effrenatā eoꝝ luxuriam: eo ꝙ equi ꝑ
ardore libidinis aliquādo post equas in-
saniunt. Sequit̃. Unusquisq3 ad vxorem
ꝓximi sui hinniebat. id ē lucrecūde signa
luxurie ꝓtendebat: mulus autē est animal
stolidū: ⁊ hoc vitium ducit hominē mente
cecatū ad ꝑniciosam stoliditatē. Secūdus
autē actus est ꝯsilium de his que sūt agē-
da ꝓpter finem ⁊ hoc etiā impedit̃ ꝑ luxu
rie ꝯcupiscētiā. Unde dicit Terentius in
eunucho: loquens de amore libidinoso.
que res inquit neq3 ꝯsilium in se neq3 mo-
dum habet vllum eam ꝯsilio regere nō po
tes. Et q̄tu3 ad hoc ponit̃ ꝑcipitatio que
importat subtractionē ꝯsilij: quia ſm Gre-
go. in moral. donū consilij dat̃ cōtra ꝑcipi
tationē. Pro quo nota ꝙ ꝑcipitatio ī acti
bus anime dicit̃ methaphorice ſm simili-
tudinē acceptam a motu corporali. Dicit̃
autē ꝑcipitari ſm motum corporalē quod
ī ima ꝑuenit a superiori ſm impetum quēdā
ꝓprij motus vel alicuius impellentis non
ordinate per gradus incedendo. Sūmum
autē anime est ipa ratio: imū vero est ꝑ cor
pus exercitata opatio. Gradus medij per
quos oportet ordinate descēdere: sunt me
moria pteritoꝝ: intelligentia ꝑsentiu3: so-
lercia in cōsiderandis futuris euentibus
⁊ ratiocinatio vnū alteri cōferens: docili-
tas ꝑ quā aliquis acquiescit sentētijs ma-
iorum: per quos gradus quis ordinate de
scendit recte ꝯsiliando. Si quis ergo post
positis huiusmodi gradibꝰ ferat̃ ad agen
dum ad impetum voluntatis vel passiōis
hoc dicit̃ ꝑcipitatio: verbi gratia: cū quis
amore vel cōcupiscētie feruore cecatus ꝑci
pitanter currit ad luxū ꝓpter libidinē ex-
plendam se periculo mortis frequēter ex-
ponens. Tertius vero actus est iudicium
de agēdis: ⁊ hoc similiter impedit̃ ꝑ luxu
riam: dicit̃ enī Dan. xiij. de senibus luxu-
riosis: ꝙ auerterunt sensū suum vt non re
cordarent̃ iudiciorū iustoꝝ. Et q̄tum ad
hoc ponit̃ inconsideratio sc3 mortis infer
ni ⁊ similiū. Pro quo nota: ꝙ sicut ꝑcipi-
tatio ē circa actū cōsilij ex defectu sic incō-
sideratio est circa actu3 iudicij ex defectu:
quia defectus recti iudicij ꝑtinet ad vitiū
incōsiderationis ꝓut sc3 aliquis ī recte iu
dicādo deficit ex hoc ꝙ ea ꝯtemnit vel ne
gligit attendere ex quibꝰ rectū iudiciū ꝓ-
cedit. In libidinosis enī tm̄ volūtas dele-
ctationi carnis īmergit̃: ꝙ nec de amaritu
dine mortis cogitat: nec īcertitudinē huiꝰ
vite ponderat: nec iudicij diem formidat:
nec inferni penā horrescit: sed si semꝑ lice-
ret viuere semꝑ vellet peccare. Et inde ē ꝙ
iusto iudicio deus actu3 peccati trāsitoriū
eternaliter punit: quia ſm Augu. si homo
malꝰ eternaliter viueret: semꝑ ipm liberet
peccare: ⁊ si homo peccat in suo eterno nō
mirum ꝙ deus punit in suo eterno. Quar
tus ꝑinde actus est ꝑceptum rōnis de agē
do: quod etiā impedit̃ ꝑ luxuriam inq̄tū
sc3 homo impeditur ex impetu cōcupiscen
tie: ne sc3 exequat̃ illud qđ decreuit esse fa
ciendu3. Unde dicit Terentiꝰ in eunucho
de quoda3 qui dicebat se recessurū ab ami
ca h̄ verba: vna falsa lacrimula restringet:
⁊ q̄tum ad hoc ponit̃ incōstantia. Pro
quo nota ꝙ incōstantia importat recessum
quēdam a bono ꝓposito diffinito. Princi
pium aūt huius recessus habet a vi appe-
titiua: non enī quis a priori bono ꝓposito
recedit nisi ꝓpter aliqđ qđ inordinate sibi
placet. Sed iste recessus nō ꝯsūmat̃ nisi ꝑ
defectum rōnis q̄ fallitur in hoc ꝙ homo
repudiat quod recte acceptauerat. Et q2
cum impulsui passionis resistere possit: si
non resistit hoc venit ex debilitate rationis
que non tenet se firmiter in bono cōcepto:
ideo incōstantia q̄tum ad sui cōsummatio
nem pertinet ad defectum rationis. Ex hoc
enim dicitur aliquis incōstans quia ratio
deficit in mandando executioni ea que cō
siliata sunt ⁊ iudicata. Ex hoc aūt ꝓuenit
hec mentis inconstantia: quia delectatiōi

trāsitorie per malam voluntatem incūbit:
τ ideo necesse est mentem variari ꝓut vna
delectatio momētanea transit τ alia succe-
dit. Sola autē mens illa figitur in vera cō
stantia que per amorem immobili et inua-
riabili bono fideliter innitur. Similiter τ
voluntas per luxuriā maxime deordinat: τ
nam ex parte voluntatis consequitur du-
plex inordinatus actus: quorum vnus est
appetitus finis: τ quātuꝫ ad hoc ponitur
amor sui scꝫ ad delectationem quam inor-
dinate ꝯcupiscit. Sed audiāt dnm dicētēꝫ
Joh. xij. Qui amat animaꝫ suā perdet eā.
Amor sui est: cum quis longam vitam ad
hoc desiderat: vt suam libidinosam volū-
tatem expleat. Quia carnalis affectus se
ipm̄ τ alios solum amore cōcupiscentie di-
ligens: omnia in sui comoduꝫ ordinat: vt
in eis ꝑamplius delectetur. Ex quo patet
q̄ꝫ ꝑniciosum damnuꝫ inducit amor sui: qꝛ
ꝓuat hominē ab amore ordinato suipīus
et omniū creaturarum imo τ ipīus dei: et
quod execrabilius est non solum ducit ad
cōtēptū: sed si dici liceat vsqꝫ ad odiū dei:
dicēte christo in euangelio Joh. xv. Nunc
aūt τ viderūt τ oderunt τ me τ patrem me
um. Unde per oppositum odium dei poni-
tur filia luxurie: de quo odio plura dicta
sunt in. v. ꝑcepto sermone. xxxiij. Licꝫ enī
deus sit purum τ summū bonum quod di-
recte odiri non potest: dicitur tamen odiri
indirecte ꝓpter duo: scꝫ vel propter penaꝫ
quam iusto iudicio peccantibus infligit:
vel ꝓpter bonum delectabile qđ mox pia
prouidentia eis subtrahit ne grauius pec-
cent. Alius autem est appetitus eorū que
sunt ad finem: et q̄ꝫtum ad hoc ponit̄ affec-
tus ꝑsentis seculi cui carnalis inheret ꝓ-
pter appetitum bonorū: diuitiarū: sanita-
tis: fortitudinis τ ceterorū per que carna-
lis affectus suum finem cōsequitur τ dele-
ctatione momētanea fruitur. Et per oppo
situm ponitur desperatio futuri secli: quia
dum nimis detinetur delectatiōib⁹ carna
libus: ad spūales venire non curat sed eas
fastidit. Considerans enī suam indisposi-
tionem ad spiritualia vel celestia cōsequē-
da: vtpote quia cōcupiscentie carnali τ de
lectationi finaliter immersus sibiꝑi male
conscius diffidit de venia et gloria futura
ꝯsequenda: qꝛ desperat de ꝓpria resipiscen
tia iuxͣ illud ꝓpheticū Hiere. xviij. Despe-
rauim⁹: post ꝯcupiscētias nostras ibim⁹:
τ vnusquisqꝫ prauitatē cordis sui mali fa-
ciem⁹. Qꝛ si impi⁹ hmōi stulta ꝑsūptiōe se
spem habere iactitat: rn̄det sapiēs Sapie
c. v. Talia dixerūt in inferno hi q̄ peccaue
runt scꝫ trāsierūt oīa tāq̄ꝫ vmbra tanq̄ꝫ na
uis vel sagitta: qm̄ spes impij tāq̄ꝫ lanugo
est q̄ a vēto tollit̄: τ tanq̄ꝫ spuma gracilis
q̄ a ꝓcella dispergit̄: τ tanqꝫ fumus q̄ a vē
to diffusus est. Merito nāqꝫ de fornicatri-
ce dicit̄ Prouer. vij. q̄ mltos vulneratos
deiecit: τ fortissimi quiqꝫ interfecti sunt ab
ea: vie inferi dom⁹ ei⁹. Sic deiecit Samso
nem virtuositate potentē: quia quem oēs
philistym deijcere nō poterant: Dalila me
retrix vinctū tradidit ad spoliandū: exce-
cādū: incarcerandū τ illudendū. Sic deie
cit Salomoneꝫ sapia singularem vt idola
adoraret: ne suas delicias. i. vxores vł po-
ti⁹ meretrices ꝯtristaret. Sic deiecit Holo
fernē strennuitate pollentē: cui⁹ caput Ju-
dith abstulit. Sic deiecit impios iudices
etate senescētes cū i ꝯcupia Susāne turpi
ter exarserunt. Sic deniqꝫ deiecit Dauid i
sc̄titate viuētē cū incaute respexisset Ber
sabee se lauantē. Sed h̄ dei miseratione re
spirauit ad emendā: quā tn̄ emendationē
difficulter admittit hec noxa. Dicit enim
Grego. i moral. q̄ cū luxuria semel mēteꝫ
occupauerit: vix eā bona desideria cogita
re ꝑmittit. Sūt enī viscosa desideria: qꝛ ex
suggestione orit̄ cogitatio: ex cogitatione
affectio: ex affectiōe delectatio: ex delecta-
tione consensus: ex cōsensu opatio: ex ope
ratione cōsuetudo: ex cōsuetudine despera
tio: ex desperatione peccati defensio: ex de
fensione gloriatio: ex gloriatiōe dānatio.
Unde glutinū h̄ efficacissimū est ad capiē-
das aīas vt dicit Aug. Hinc diabol⁹ soluꝫ
hoc vitiū elegit: cum Balach regē p Balā
ꝓphetam suuꝫ instruere vellet: quomodo
potissime filios isrł deuincere posset. Qđ
a nobis auertat iesus christus dei fili⁹ i se
cula benedictus Amē. Ad laudē dei.

Sequūt̄ smōes d̄ septio ꝑcepto.

De furto in generali: τ cur faciē-
da ē restitutio: vtrū ve sit ps satis-
factionis: τ q̄ septē impediūt resti
tutionē: ac quid restituenti spūali
ter restituitur: Sermo I

Non furtum facies. Exo. xx. Hoc est septimũ preceptum in quo sm Augu. n
A phibetur omnis contrectatio rei aliene pueniẽs ex cupiditate vł iniuria. Pro quo sciendũ q̄ furtũ est ↄtrectatio fraudulẽta inuito dño aliene rei mobilis et corporalis que fit aĩo lucrandi: scilz gratia rei siue possessionis vel visus. Dicit̃ autẽ cõtrectatio: qr sine ea nõ est furtũ licz interueniat voluntas verbũ vel scriptum: tamẽ p solam voluntatẽ erit quis trãsgressor alicuius pcepti scz illius: non cõcupisces rem pximi tui. Fraudulẽta dicit̃: quia si quis credebat rem eẽ suaz que non erat: nõ cõmittit furtũ: sicut nec ille qui credit q̄ ab eo qui habet ius in illa re posset accipe: lz vterq̃ teneat iniuito dño: si tñ credebat dñm pmissurũ et suberat iusta causa credendi licz nõ erat cõcessurus: q̄ si non suberat iusta causa credẽdi: tunc furti reus tenet̃: et si putat inuito dño facere lz eo volẽte faciat mortaliter peccat: ac furti reus tenet̃ ad restitutionẽ. Additur etiã rei aliene: qr ↄtrectatio rei ppie nõ ẽ furtũ nisi ali⁹ haberet i eadẽ re ius aliqd: vtpote qr res est pignorata vel cõmodata quã dñs rei fraudulose capiendo furtũ cõmitteret. Dicit̃ etiã mobilis et corporalis qr in reb⁹ imobilib⁹ furtũ cõmitti nõ põt nec in corporalibus: vt sũt actiões et seruitutes: eo q̄ talia nõ possunt ↄtrectari. Et subiungitur aĩo lucrandi scz grã sue possessionis vel visus: qr si qs alienã ancillam rapuerit nõ causa lucri s libidinis cõmittit furtum qr nõ solũ cõmittit furtum q rei dñiũ sibi vult vẽdicare sed etiam qui vult i ipã re sibi vendicare vsum etiã inuito dño. Dic põt qri: vtr sic i re pua sicut i magna qs cõmittat furtũ. Ad qd rñdet Gratian⁹. xiiij. q. vj. c. vl. dicẽs: Fur aũt nõ solũ in maioribus sed etiã i minorib⁹ iudicat̃: nõ eni qd furto ablatũ ẽ: sed mẽs furãtis attẽdit̃ sic a sili: In fornicatiõe nõ refert an deformis vel pulchra ingenua vel ancilla paup vel opulẽta: qd sane itelligẽdũ ẽ qñ voluntas etiã maiora subtraheret: qr vt ibidẽ pmittit̃: furtũ nõ tam in quãtitate rei q̃ in affectu furantis ↄsideratur. Hinc dicit Tho. scda. 2ᵉ. q. lxvj. q̄ si qs accipit furtiue res minimas: hñs aĩm furãdi vel pximo nocumẽtũ inferẽdi tũc põt etiã i talib⁹ minimis eẽ mortale: sic in solo cogitatu p ↄsensũ: si vo nõ facit aĩo furãdi nec nocumẽtũ inferẽdi sz poti⁹ psumit nõ eẽ ↄ volũtatẽ dñi tũc nõ reputat̃ furtũ. Preterea lz furtũ pprie ẽ: occulta et fraudulenta occupatio rei aliene: sicũ rapina ẽ violenta occupatio: tñ qr vtraq̃ occupatio repitur inuolũtaria ex pte ei⁹ cui aliqd subtrahit̃ lz vni subtrahat̃ p ignorãtiã alteri p violẽtiã et vtrũq̃ opponit̃ virtuti iusticie: ideo p eodẽ plerũq̃ reputant̃: ita p q̄ p furtũ i h mãdato generaliter intelligat̃ oĩs violẽta vel fraudulẽta occupatio rei aliene inuito dño: siue sit inuolũtariũ purũ aut mixtũ: et talis occupatio semper obligat ad restitutionez: qr sm Augu. i epła ad macedoniũ: et habet̃. xiiij. q. vj. c. si res. Non dimittit̃ pctm nisi restituat̃ ablatũ si restitui põt. Ad cui⁹ euidẽtiã septẽ sũt pncipaliter de restitutiõe psequẽda. s. cur: qs: cui: qd: vbi: quõ: qñ. Primo igit̃ vidẽdũ ẽ an restitutio ẽ faciẽda tã q̃ necria ad salutẽ: psertim cũ null⁹ obligatur ad impossibile: sz ablatũ restitui sepe⁹ ẽ ipossibile puta cũ aliquis alicui abstulit mẽbrũ vel vitam. Ad qd rñdet Tho. scda 2ᵉ. q. lxij. q̄ restitutio ẽ act⁹ iusticie cõmutatiue: q ↄsistit i qdaz eqlitate: vñ restituere nihil aliud eẽ videt̃ q̃ iterato aliquẽ i possessionẽ vel dñiũ rei sue ↄstituere: et ita in restitutiõe attẽdit̃ eqlitas iusticie sm recõpẽsationẽ rei ad rem: q scz res vni⁹ habet̃ ab alio p volũtatẽ ei⁹: vt i mutuo vel reposito: aut ↄ volũtatẽ ei⁹ sicut i rapina et furto: vñ p iteratã redditiõez rei iniuste ablate reparatur eqlitas iusticie: q̄ si iuste res ablata fuerit si restituit̃ ineqlitas erit: qr iusticia i eqlitate ↄsistit: cũ g̃ seruare iusticiã sit de necessitate salutis: ↄsequẽs est: q̄ restituere id qd iniuste ablatuz ẽ alicui sit d necessitate salutis. Verũtñ i qb⁹ nõ põt equalens recõpensatio fieri: sufficit q̄ recõpẽset̃ modo possibili iudicio discretorũ. Desi querit̃ vtr g̃ restitutio sit ps satisfactionis: psertim cũ Augu. i epła pdicta ad macedoniuz dicat. Si res aliena pter quam pctm ẽ reddi possit et nõ reddit̃: pnĩa non agit̃ sz simlat̃. Ad h rñdet Bonauen. super iiij. di. xv. q̄ satisfactio dupliciť accipit̃. s. cõiter: et tũc eẽ opus penale volũtarie assũptũ: siue ad qd tenet̃ iudicio dei siue iudicio sacerdotis p satisfactiõe reputat̃: et sic etiã restitutio est op⁹ satisfactionũ et ps ei⁹. Scdo accipit̃ pprie: et tũc fit p opus penale volũtarie assũptũ: ad qd nõ tenebat̃ nisi ex culpa et iudicio sacerdot̃: et sic restitu

tio nõ est pars satisfactiõis: q: restituere te-
net qui rem habet alienã fm oĩe ius: etiã si sacerdos nũq̃ ĩponat: aliõqn nõ esset capax pnie: sicut nec retinẽs adulterã vel fornicariã: ⁊ sic potius de necessitate salutis reqritur tanq̃ pambulũ ⁊ fundamẽtũ satisfactionis salutaris. Ad penitẽtiã enĩ ⁊ satisfactionẽ qdam reqrunt vt fundamẽ: sicut iniurie remissio ⁊ aliene rei restitutio: quedã etiã vt expedientia: vt vitare pximas occasiones: qdam inq̃ vt satisfactoria: sicut oratio: ieiuniũ: elemosyna: qdam autẽ vt pficientia: sicut sũt opa supererogationis: vñ alienũ in ɔsciẽtia penitẽtis ẽ qsi ferrũ in vulnere egrotãtis: cũ nec vni psit pnia nisi iniustũ restituat: nec alteri medicina nisi ferrũ extrahat.

B Nõ pscie̋s diabolus agit miro mõ ne fiat debita restitutio p varias cautelas ⁊ deceptiões. Prima deceptio dicit plongatiua solutiõis: qua ptrahũt solutionẽ aucte ptãta: accipiẽtes dilationẽ in iniuriã ⁊ dãnificationẽ creditorũ paupez: nec reputãt se obligatos ad interesse. Secũda dicit diminutiua qua.s. in solutione debitoz aliqd abstrahẽtes diminute soluũt sine libero consensu creditoris: sed cũ extorto ɔsensu ex timore verecũdia vl ĩportunitate: nõ attẽdentes q sicut alienũ rapere sic ⁊ retinere dãnabile est inuito dño. Et dicit creditor inuit qñ nõ libere ɔsentit: sed ex quodaz extrinseco qdãmõ coact. Tertia deceptio dicit placatiua: q scz quis tñ studet placare clamorẽ exteriorẽ creditorũ: nihil curãs de clamore ɔscie q pinquiet ẽ: lz ɔscia dictat etiaz alia debita eẽ soluẽda siue occulta siue manifesta: hoc enĩ nõ curãt qz clamores exteriores nõ sustinẽt ⁊ lz ɔscia remordeat: tamẽ quia creditor nihil petit debitor satisfacere minime curat vl satagit. Quarta vero dr distributiua q scz piũ arbitrant q ea q certis psonis sibi notis restituere obligantur in alias pias causas dispẽsare conant: vt erigendo vl dotãdo capellas: nuptui tradẽdo paupes puellas ⁊ multa silia: que patent humanis oculis q̃rentes põpam ⁊ inanẽ gliam. Sz in decretis.j.q.j.c. Non ẽ putãda elemosyna si pauperib dispensetur qd ex illicitis reb acqrit. Sequitur. Hinc dr Eccl.xxxiiij. Qui offert sacrificium de substãtia pauperis: qsi q victimat filiũ in ɔspectu pris. Quãtus aũt sit dolor pris ppendam si in ei ɔspectu filius victimet: ⁊ hinc facile cognoscit quãt apõ deũ dolor exaspera qñ ei sacrificiũ ex rapina tribuit. Quinta dicit excecatiua: q scz quidaz sic excecant q qcqd in seculari iudicio pce: pcio: fauore ⁊ similibus sibi sententialiter lucrari pñt: totũ iustũ reputant nihil curãtes de iure diuino vl ɔscie stimulo: imo cũctas palliatas: violẽtias ⁊ iniusticias quasi licitas reputãt: qz excecat eos auaricia eoz: q si repꝛhendunt vl instruũt in his cito grauit indignant. Sexta deceptio dicit fraudatiua: qua.s. decipiẽtes de pprio dicit fraudant cũ affectu tpaliũ vicii restitutiones p se facere nequeunt: s filijs ⁊ heredibus faciẽdas relinquũt: in q manifeste pz q plus amãt terrenã substãtiã q̃ ppriam aiam: q̃ g demẽtia erit credere q filij vl heredes plus erũt dilecturi aiam alienam q̃ substãtiã tam licet iniuste tñ acqsitã: cũ ɔtingere frequẽter solet q male ablatoz heredes illa restituere nõ curãt: eo q ab ipis nõ sũt ipe acqsita: imo demerito suo parẽtes hmõi relinquũt in morte filios vl heredes q nullã cõpassionẽ habẽtes sup statu mortis eoz: vix semel in anno memores erũt ad celebrandũ eoz anniuersariũ. Septima denique dr dãnatiua: q scz qs ad hoc ducit q scienter relinquit filijs vl heredibus iniusta licet etiã sciat eos nullã restitutionẽ facturos: ⁊ illa deceptio ẽ dãnatiua sui ⁊ suoz heredũ: qz talis substantia filijs derelicta nõ est tñ causa damnationis sue s etiã heredũ. He septẽ deceptões sunt quasi septẽ laquei: quibus iniust auarus illaqatus ẽ ad eternã dãnationẽ: qs euasisse gliatur.ps.xc.dicẽs: Qm ipe liberauit me de laqo ve. ⁊ a vbo aspo. Vñ iniustus auar triplices ditat heredes q oẽs pot eligũt ei dãnationẽ q̃ vite reuocationẽm qs dauid subtilr innuit cũ dic l.ps.lxij. Introibũt in inferiora terre.s.q̃tũ ad corpus ⁊ sic hereditãt vermes q rodũt ⁊ ɔsumunt corp in delicijs ⁊ vitijs enutritũ: cui satisfaciẽtes aie salutẽ postposuerũt. Scdo adiũgit. Tradent in man gladij.s.q ad animã q tradit rugiẽtib pparatis ad escam ⁊ ad torquẽdũ inexꝑssibilib penis: q nolegladij exꝑmunt. Tertio subdit ptes vulpiũ erũt.s.q̃tũ ad terrenã substãtiã iniuste ɔgregatã ⁊ ipis derelictã: q vulpina calliditate sic diuersis tergiuersatiõib ipedierũt ne moriẽs restitueret: sic aduertere noluit vt aiam illi ⁊ suam restitutiõe ɔdigna ab eterna dãnatione eruerẽt: nullisq monitis ad hoc induci pñt: tãdẽ pariter cum eo

qui bona relinqt in eternū dānādi. Unn legitur de qdā heremita scō q dnm frequēter orās vt illi penas inferni dignaret ostēdere: tandē fuit exaudit⁹ ⁊ inter cetera horribilia tormēta vidit scalā cū decē gradibus in qb⁹ erāt suspēsi decē hoīes vn⁹ gradatī sup altū. Infim⁹ erat quidā senex antiquissim⁹ miser ⁊ putridus: sup quem alij singuli pēdebāt in gradib⁹ suis: qs demones horribiliter flagellabāt: vngulis ferreis laniabāt ⁊ alia terrifica tormēta crudelit̄ inferebāt: ita q eoꝝ pena videbat̄ excedere penas oīm q̄ videbāt̄ i inferno: q̄ multū admirās q̄siuit ab angelo ductore qui essent. Rādit angel⁹: ille senex inferi⁹ pēdēs fuit auarus: q̄ diuitias multas vsuris ⁊ rapinis acq̄siuit: ⁊ q: iniuste acq̄sita nō restituit: hāc penā ineternū sustinebit: Scōs fuit ei⁹ fili⁹: q̄ licet vsurā ⁊ rapinā nō cōmisisset tñ q: p̄ris pecuniā ⁊ hereditatē male ꝯquisitā nō restituit ꝫ sibi retinuit: cū p̄re ieternū hāc penā sustinebit. Terti⁹ fuit fili⁹ filij ⁊ sic vlteri⁹ vsq ad decimā generationem qui oēs dānati sūt in eternū: q: bona p̄ris iniusta restituere nō curauerūt. Et idō merito dicit̄ Eccl. x. Nihil ē iniquius q̄ amare pecuniā: hic em̄ aīam suā venalē hꝫ: imo totā ꝓgeniē ⁊ cū ꝫ amittit pit̄er ip̄am substātiā: sicut ait ps. lxxv. Dormierūt somnū suū ⁊ nihil inuenerūt oēs viri diuitiaꝝ in manibus suis nisi demerita. exeunt em̄ nudi et rei ante districtū iudicē nil p̄ter pctā portātes. ¶ Si debitā restitutionē fecerit i oībus deo ⁊ hoīb⁹: tunc ei restituent̄ oīa salūti oportuna q̄ p iniusticiā dānabiliter sūt amissa. Que redigi p̄nt in numero septenario. Nā primo restituit̄ sibi ipī deus trin⁹ ⁊ vn⁹: in possessionē eterne hereditatis in quo ꝯtinet̄ oē bonū honestū iocūdū ⁊ vtile. Nō ḡ audiat q̄s diabolū suggerentē si aliena restituis paup ⁊ mēdic⁹ remanebis: quō em̄ paup ē q̄ diuitē deū possidet ⁊ nimis auar⁹ ē cui deus nō sufficit: nec tñ diues ē: q: qui deū ꝯtēnit oīa pdit. Hic dic̄ ps. xxxvj. Meli⁹ ē modicū iusto sup diuitias pctōꝝ mltas. Scōo sibi restituitur aīa sua: imo totus ipē: vtpote iā liberatus a laqueo venātiū: ⁊ p ꝯsequēs a xbo aspero. Ite maledicti. Tā efficaciter ḡ cuncta restituat iniusta p liberatōe mort̄ eterne: quāta sollicitudine restitueret inimic̄ capitalib⁹ ablata: si capt⁹ ab eisdē tradit⁹ fuerit in carcerali pena: cū in nequioribus manib⁹ cōprehēsus sit scꝫ i vngulis demonioꝝ. Tertio sibi restituit̄ omne meritū ā pctīn vsure vl rapine bonis opib⁹ ⁊ exercitijs lucrat⁹ fuit: ꝫ in pctō mortali penitus amisit: nā sicut bona opera facta in gratia mortificantur per sequentē culpam: sic reuiuiscant per recuperatā penitentiā. Ad hoc igitur meritū recuperandū merito est restitutionibus insistendū: quia meritum vnius operis orationis vel cogitatiōis bone: mille milies excedit omnia bona mundi: ⁊ sup ꝫ illō erit eternū in fruitione: istō momētaneū in possessione. Quarto sibi restituunt̄ omnia anime ornamenta scꝫ gratia ⁊ virtute: ⁊ presertim illa vestis nuptialis qua scꝫ anima deo grata efficitur ⁊ denuo in eternā eius sponsam eligit̄. Que pfecto restitutio gratie ⁊ virtutum: satis innuitur in parabola quā domin⁹ proposuit de filio prodigo: dicente patre post paternalē amplexū cito proferte p̄mā stolam: scꝫ innocentie ⁊ date anulum desponsationis spiritualis: occidite vitulū saginatum id est christū mystice oblatū: vt sic cōtinuā sumat participatione salutifera sacramentorū ⁊c. Quinto sibi restituunt̄ confraternitates omniū timētiū deū: ita q p̄ticeps sit omniū bonoꝝ que fiunt in ecclesia militante. De q̄ ps. cxviij. gloriat̄ dicens Particeps ego sum omniū timentiū te: ⁊ custodientiū mandata tua. Sexto sibi restituit̄ fama bona que super diuitias mltas ē eligēda: sicut sapiēs testat̄ Prouer. xxij. dicens: Melius ē nomē bonū q̄ diuitie multe. Facta nanq debita restitutiōe sine omi rubore cōparere potest coram deo ⁊ omnibus hominibus quia tunc scandalū illud amotū est ō q̄ dicit dñs Mat. xviij. Ve homini illi p quē scādalū venit: q: scādalū actiuū ē mortale pctm̄ vt latius determīat Tho. scōa 2ᵉ. q. xliij. Septimo sibi restituit̄ i secura ꝓmissiōe regnū sempiterne glie: vbi sunt diuitie infinite ⁊ in eternū durature: p̄ntes vero diuitie iniuste acquisite vl possesse si nō restituunt̄ post pauca tñ interueniente morte penit⁹ amittunt̄: ⁊ in fel aspidū infernaliū cōuertunt̄: si vero tunc restituunt̄ qñ diutius retinere nō p̄nt. s. i morte vel post mortē verēdū ē q nō amore iusticie sed timore vindicte extorta ē illa restitutio: q: diuti⁹ ea tenuisset si diuti⁹ viuere licuisset: nō ergo fit libera volūtate qō fieri videt̄ in ope quā potissime de⁹ respicit ⁊ acceptat. Hinc cecinerūt angeli. In terra pax hominibus bone voluntatis. Ad

laudem dei omnipotentis.

De damno spūali scȝ ipsi⁹ aie: qd̄ infert̄ tripliciter. Et quō ad ei⁹ restitutionē obligat̄: Sermo II

On furtū facies.

Exod. xx. Uiso vtcūq̧ cur facien da sit restitutio. Jā ɔseq̄ndū ē qs ad illā obligat̄. Pro q̄ sci

A endū q̧ dece sūt genera hoim̄ q̄ necessario obligant̄ ad restonē. Primi sūt dānificatores q̄ scȝ sine ꝓprio comodo alȷs dānum inferūt in persona vl̄ substātia. Prio in ꝑsona dānū inferūt spūaliter vl̄ corꝑaliter. Spūalit̄ aūt ſm Greg. in. iiij. di. xv. Null⁹ pōt in naturalib⁹ aīe bonis alteri ꝑte dānū inferre: cū bona naturalia sint incorruptibilia: ſ; bō dānificari pōt ī bonis moꝝ vel acquisitis: cuiusmōi sūt grā ⁊ virtutes q̄ corrūpi valēt: vel acquirēdis ꝑ opa bōa quoꝝ acqsitio faciliter īpedit̄: nā ꝑ peccata ⁊ delicta virtutes iā acqsite corrūpunt̄: ⁊ paulatī vitia generant̄ ac virtutes q̄ deberēt ex actib⁹ bonis generari ſpediunt̄: Et sic ī bis pōt qs dispositiue saltē aliū dānificari tripl̄r. Prīo generalr̄ aliū ꝑ exemplū malū scādalizando: q̄ ſbet̄ alteri pcti eiusdē occasio licet remota: ⁊ ex ħ cōtingit scādalū actiuū eē mortale pctm̄: etiā illud qd̄ habet spēm mortalis pcti: vt pȝ scd̄a 2ª q. xliij. de quo scādalo in diuersis loc̄ plura posuit. Scd̄o spūaliter scȝ ꝓximū offendēdo signo verbo vel facto: ⁊ hmōi impellit aliū magis ad spūale dānū. Primo nanq̧ offendit qs signo. Sūt enī signa sine q̄bus innotescere nō pōt exteri⁹ dilectionis interioris act⁹: etiā illi⁹ ad quā oēs de necessitate tenemur: q2 in oimoda negatiōe comȝ manifestū signū cordialis odȷ demōstrat̄: sicut ē salutatio ⁊ ad interrogata aliqualis rñsio. Qui ergo in isto negat tale verbum aut auertit vultum aut subito fugit: odȷ mortalis manifeste signū ostendit: nisi hoc agat ex cā ex cā rationabili: vtpote si ꝓbabiliter timet ex hoc aliud deteri⁹ euenire: ⁊ tunc rōnem ⁊ intētionē facti sui dȝ intuētibus ꝓpter vitationeȝ scandali ꝓpalare si bono modo fieri pōt. Scd̄o offendit v̄bo cōtumelioso: ⁊ ħ vel ɔfuse: qd̄ intelligit̄ ꝑ racha in euangelio Matth. v. vl̄ specifice ⁊ manifeste qd̄ notat̄ ibidē in v̄bo fatue: sicut ɔtingit in cōtumelia ɔuitio vl̄ improperio: vnde talia verba ex deliberatiōe et ɔtemptu in ꝓximū ꝓferre: freqn̄ter est mortale: ⁊ obligatur proferēs ad satisfactionē per se vel ꝑ aliū humiliter culpā suā dicēdo: vel saltē equipollentia signa demonstrādo. Tertio offendit facto iniurioso siue corꝑali siue reali. Nā ſm Lyrā ī illatis dānis duo pēsanda sūt: scȝ offensa que fit in rei corꝑalis vl̄ tpalis ablatōe: ⁊ iniuria q̄ fit in dāni spūalis actiōe: cum scȝ ex dāno dato qs iniuriato ꝓstat impatientie scādali ⁊ odȷ materiā. Dānū igit̄ inferenti nō sufficit ad salutē satisfacere de offensa restituēdo aliena: ſ etiā amouere tenet̄ iniuriā ⁊ scādalū qd̄ fit cū veniā petit ꝑ se vl̄ ꝑ aliū ſȝ q̧ negocij q̄litas id exposcit iudicio probi viri. Tertio specialissime scȝ ꝓximū efficaciter ad malū inducēdo vl̄ a bono retrahēdo. Qd̄ fieri pōt tripliciṫ. s. locutiōe: opatiōe ⁊ nouitatū inuentiōe: ſ de duob⁹ vltimis videbit̄ postea vbi aget̄ de iniquis opatorib⁹. De primo ē sciendū: q̧ hō ꝓximū suū inducit ad malā locutioneȝ ⁊ hoc ſcipue duob⁹ modis. Primo turpit̄ docēdo cantilenas carnales: supfluas adornationes: chorizationes detestabiles ⁊ peccatoꝝ inuentiōes ⁊ infinita similia: sicut pȝ. j. Regū. ij. ⁊ iij. in filijs Hely qui transgredi faciebāt ppl̄m dn̄i ꝑuertēdo ritū cerimoniaꝝ in oblatiōib⁹: ɔsulētes ꝓprie gulositati: ⁊ mulieres que venerant ad purificandū polluebant dormiēdo cum eis: vel etiā ſm quosdā corrupti pecunia dabāt licētiā mulierib⁹ cōmiscēdi viris suis infra dies purificatiōis vt pȝ plen⁹ in dictoꝝ ꝑs ꝓpter qd̄ eos dn̄s multiplici damnatiōe mulctauit: sicut predixerat dn̄s Samueli ⁊ primo quidē morte tēporali in ꝓlio ɔtra philistijm: nec solū ipi: sed eoꝝ demerito triginta milia de isrl̄ cū eis interierūt ⁊ archa pariter capta ē: scd̄o morte eternali nō solū filios ſ etiā prēȝ diuina iusticia damnauit. Dicit enī Hiero. ⁊ Raban⁹ ibidē q̧ Hely ꝑ iniq̄tate filioꝝ dānat⁹ ē: q2 eos mun⁹ seuera aiaduersiōe plectebat: ⁊ q̄dē corripuit ſ lenitate ⁊ māsuetudine pris nō seueritate ⁊ auctē pontificis: tertio morte tpali ipi⁹ pris ⁊ etiā vxoris Phinees: nā ambo audito euentu ꝓlij interierūt: Hely retrocadēdo: vxor Phinees ptū accelerādo: q̄rto reprobatōe terrifica ī cī eoꝝ posteritate. Ait dn̄s ad Samuelē. Ego faciā v̄bū ī isrl̄ qd̄ q̄cūq̧ audierit tinniēt ambe aures ei⁹: suscitabo enī aduersus Hely oīa q̄ locutus sū sup domū eius. s. per virum dei missum

ad eū ꝙ dixit hely in ꝑsona dñi. Precidā brachiū tuū ⁊ brachium dom⁹ pris tui scʒ ythamar: vt nō sit senex. i. sūm⁹ sacerdos i domo tua: ⁊ videbis emulū tuū. i. sadoch sacerdotē ꝙ abyathar a Salomōe abiecto suscepit sacerdotiū. Seqtur. Et pars maxima dom⁹ tue morietur cū ad virilē etatē venerit. Qḋ ipletū ē qn̄ Saul sacerdotes nobe ꝙ erāt de genere heli interfecit: vno solo relicto scʒ abyathar: ꝙ fugit ad dauid: vt pʒ. j. Reg⁹. xxij. Et qḋ his oib⁹ mai⁹ est dixit dñs ad Samuelē: Iuraui domui Heli ꝙ nō expiet iniqtas dom⁹ ei⁹ victimis ⁊ muneribus vsqʒ in eternū. Scḋo neqter inflectēdo ad mala: puta ad vsurā furtū rapinā ꝑcialitates ⁊ silia: ⁊ h̄ cōsilijs suasionib⁹ cōminatiōib⁹ aut p̄ceptiōib⁹: sicut leg. ē iij. Regū. xxi. de Iezabel: ꝙ induxit viꝝ ad ꝯsiliū ⁊ scripsit lrās ex noīe Achab i iezrahel mādatum ꝯtinētes ꝙ ꝯuētū facerent ⁊ ieiunarēt tāꝗ facturi iudiciū dei: ⁊ submitterēt falsos testes ꝙ dicerēt: Naboth bn̄dixit. i. maledixit deū ⁊ regē: ex ꝙ testimonio iudicarēt eū reū maiestatis ⁊ sic eū lapidarēt iezrahelite tā timore ꝙ fauore regꝭ oīa ꝑfecerūt: ⁊ misit dñs Heliā ad Achab vt diceret: In loco i ꝙ linxerūt canes sanguinē Naboth lambēt ⁊ tuū sanguinē ⁊ interficiam de Achab mingētē ad parietē ⁊ clausū ⁊ vltimū in isrl̄: ⁊ canes comedēt Iezabel i agro iezrahel. Cui⁹ cā subiūgit: qꝛ venūdat⁹ ē vt faceret malū in ꝯspectu dñi: cōcitauit eū cū Iezabel vxor sua ⁊ abominabilis effect⁹ ē. Tertio spūalr ꝯtaminādo scʒ in carnalitatib⁹ ꝑ lasciuos cātos gest⁹ nutus affatus amplex⁹: tactus ⁊ silia: aut etiam ꝑ vetulas mediatrices aliqñ etiā minis aut ꝓmissiōib⁹ infinitisqʒ modis sibi detestanda voluptas allicit incautos. De hoc legit in li. Apū. c. xxxj. de quadam vetula maledicta que circūduxit puellā quādam septē annis ⁊ diuersis tradidit ꝑ virgine ad peccādū cū ea: ꝙ tādē (vidēte eadē puella) corpe ⁊ aīa fuit a demonib⁹ e medio sublata: haud dubiū qn̄ i inferno sepulta. Quarto spūaliter corrūpendo. s. bonos ⁊ bona derogatiuis ꝟbis aut p̄dicatiōibus denigrādo hereticā aut falsā ⁊ ꝯtaminatam doctrinā seminādo: demones inuocādo vl̄ q̄scūqʒ supstitiōes ⁊ prauitates edocendo. Hec liquide patēt i Ioas rege iuda ij. Paral. xxiiij. qui fecit qḋ bonū erat corā dño cūctis dieb⁹ Ioiade sacerdotis: vtpote cui⁹ ꝯsilio regebatur: verūtā mortuo Ioiada venerūt ad regē principes iuda et adorauerūt regē vt deū: sm̄ hebreos tribuentes illi diuinū honorē: eo ꝙ habi- tauit i domo dei sex annis: vbi tm̄ sacerdotib⁹ licitū erat intrare: ipe aūt honores illos libēter accepit: ⁊ delinit⁹ obsequijs eoꝝ acquieuit eis: in h̄. s. ꝙ dereliqrūt tēplū dñi dei patrū suoꝝ: seruierūtqʒ lucis ⁊ sculptilib⁹ ⁊ facta est ira dñi ꝯtra eos: ꝙ adduxit exercitū syrie in iudā ⁊ hierusalē: ꝙ licet modicus eēt: tradidit tn̄ dñs in man⁹ eoꝝ infinitā multitudinē: interficientesqʒ cūctos principes ppl̄i ꝙ fuerūt p̄maria eā delicti: i Ioas aūt ignominiosa exercuere iudicia: ⁊ abeūtes dimiserūt eū in languorib⁹ suis: surrexerūt autē serui sui ⁊ occiderūt eū in lectulo: sicqʒ miserabili morte vita funct⁹ ē. Quīto dānabilr a bono retrahendo ne. s. aliena restituat: supflua ꝯtribuat: illatas iniurias remittat: ne veritatē p̄dicātib⁹ credat: ⁊ diuina freqntet. ne peccare desistat nec efficaciter ad emēdationē se ꝯuertat: aut ne etiā ꝑ religiōis i ꝯgressū mūdū relinqt ⁊ multa silia: sicut Dathā Abyrō ⁊ Chore qrētes inuadere vtrāqʒ p̄laturā. s. spūalē et tpalē: toto conamine nitebāt auertere cōetū ppl̄m ab obediētia suoꝝ p̄latoꝝ. s. Moysi ⁊ Aaron disseminātes ⁊ suscitātes ꝯspirationes: murmuratiōes: ⁊ discordias: vt pʒ Numeri. xvj. vbi dicit Rabbi salmō: ꝙ per totā noctē p̄cedēt ⁊ ptem diei chore ⁊ sibi adherētes discurrerāt ꝑ castra dicētes ꝓlo ꝙ mouerent ꝓ vtilitate cōi: ⁊ h̄ mō coaceruauerūt sibi multitudinē ꝯ Moysē ⁊ Aarō: vn̄ irat⁹ dñs ait ad moysen ⁊ Aarō. Sepamini de medio ꝯgregatiōis hui⁹ vt eos repēte disꝑdā: ꝙ proni cadētes i terrā dixerūt vt pʒ ibidē in lra. Hic qri pōt: vtꝝ dissuadēs alteri religiōis ingressū aut ꝟtutū exercitiū ꝓuocās ad ꝯtrū: ad restōnē teneat cū nō dimittat pctm̄ nisi restituat ablatū: h̄ i his plurimū dānificat qs i bono spūali qḋ excedit oē dānū corpale ⁊ tpale. Ad h̄ rn̄det Sco. in. iiij. di. xv. ꝙ in dānificatione spūali ꝯtū ad bonos mores ⁊ ꝟtutes acqrēdas vl̄ retinēdas: tenet mō possibili qs restituere dānū tā impciabile: econtra scʒ ꝑuersū efficaciter ad pnīaꝫ ⁊ act⁹ ꝟtuosos idućēdo: insup ꝓ eo orādo ⁊ alioꝝ oratiōes ipetrādo: qꝛ difficili⁹ ē ꝯuertere ꝗ ꝑuertere: ⁊ ꝑ h̄ pʒ ꝗtū piculū ē aliū ad pctm̄ inducere: qꝛ vix pōt aliqñ illum ad pnīam reducere. Porro si subtraxit aliquē a religione tūc aut talis subtract⁹ erat obligat⁹

vero pfessionis: et tunc secundum Sco. ibidem pro viribus laborare tenetur vt ad religionem redeat vel hoc modo iam sibi quam religioni satisfaciat: si autem ille noluerit intrare: tunc secundum Geral. eb. doct. videtur quod qui eum religioni subtraxit: religionem intrare debeat: si sit idonea persona ad intrandum: vt sic intrando satisfaciat ordini et hoc viuendo ac orando: pro alio ad cuius conuersionem laborat: si vero subtraxit aliquem non quidem obligatum: sed tamen volentem intrare: tunc distinguendum est: vel hoc fecit alio nocendi ipsi religioni: et tunc obligatur ipsi religioni: sed quia multum interest interesse in religione et prope esse: ideo non tantum obligatur sicut in primo casu sed tenetur ad aliqualem restitutionem puta ad aliquam inductionem alterius aliqualiter equiualentis ad ingressum illius religionis: aut hoc fecit animo consulendi alteri quo ad salutem anime sue: vt puta quia in illa religione non erat obseruantia regularis: et sic in nullo tenetur sed magis meretur: vel hoc fecit alio consulendi sibi ipsi tamen in licitis et honestis: puta quia erat eius magister et cum eo in studio victitabat: et hoc sine fraude fecit: tunc quidem non tenetur religioni sed tenetur persone sic retracte in illis in quibus eum retrahendo dampnificauit: secundum etiam Richar. Si vero denique fecit hoc alio consulendi sibi ipsi in illicitis et inhonestis: tunc maxime obligatur deo et illi quem sic propter vitiosa retraxit. Ratio autem harum restitutionum est: quia secundum Aug. li. retractionum cum virtutum bona maxima sint: aliquis plus aliquem dampnificat in istis quam in aliis quibuscunque: et per consequens secundum iusticiam plus obligatur ad restituendum primo tale bonum quantum sibi possibile est: quam quodcunque aliud bonum: quod satis innuit dominus Ezech. iij. vbi dicit. Fili hominis speculatorem te dedi domui israel. s. spiritualem: et ideo ex officio tenebatur arguere malos de peccatis vt peniterent: et ammonere bonos vt perseuerarent. Sequitur. Si me dicente me ad impium per scripturas: morte morieris: non annunciaueris ei neque locutus fueris vt auertatur a via sua impia et viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Sequitur. Et si iustus conuersus a sua iusticia fecerit iniquitatem: ipse morietur et non erunt in memoria iusticie eius quas fecit: quia autem non enunciasti ei sanguinem eius de manu tua requiram. Si ergo dominus tam districte requiret a negligentibus: O quid erit vel a bono retrahentibus vel ad malum sollicitantibus profecto tales plerumque demerentur plus et puniuntur: quam principales agentes vel delinquentes: sicut plerumque grauius

et maliciam dilexisse quam perpetrasse: multi namque peccant nolentes non tamen nisi volentes: qui. s. peccant ex ignorantia vel infirmitate: et sic maliciam faciunt sed non diligunt: qui autem ex malicia peccant: maliciam diligunt. iuxta illud. ps. lj. Dilexisti maliciam super benignitatem. Nec mirum si retrahere a bono et impellere ad malum vitium tam detestandum iudicatur: quia hoc est vnicum et continuum exercitium reproborum spirituum: et ideo demonum officio semetipsos implicantes: merito censendi sunt demones incarnati: vtpote per omnia conformes in opere et voluntate: sicut enim nihil deo acceptius zelo animarum: sic diabolo nihil acceptius seductione et perditione animarum. In cuius argumentum legitur in li. de septem donis spiritussancti. quod quedam erat mulier que de adulterio concepit filium: nec habuit vnde nutriret illum: vir etiam suus mortuus erat et omnia bona ab ea pariter ablata: hinc cepit ipsa multum dolere quam diabolus contristatam videns accessit ad eam in humana specie dicens: Si vis consentire mihi duplicabo tibi omnia que prius possidebas. Cumque illa consentiret ait demon: post septem dies reuertar ad te: quibus transactis rediit et iuxta promissum mulieri diuitias duplicauit: requirens ab ea vt in tribus exequendis sibi consentire vellet: quod ipsa gratanter acceptauit et vsque in finem vite diligenter impleuit. Primumque erat quod omnes religiosos in hospitio suo reciperet et eos ad peccatum carnis prouocaret: et hoc contra illos qui prouocant proximum ad malum quod est acceptissimum seruitium diabolo. Secundum erat quod in ecclesiis semper esset garrula et verbosa vt sic a bono deuotos impediret: quantum ad secundum. Tertium erat quod in die pauperes reciperet et de nocte expelleret: vt sic eos ad impatientiam et alia vitia scilicet blasphemie maledictionis murmurationis et detractionis incitaret. Ideo etiam aliquando grauius puniuntur quam principales agentes: vt in decret. lxxxvj. di. c. tanta nequicia: vbi papa parcit actori principali sed non suggerentibus: quod etiam exemplariter patet de quodam preposito montis via de pede montis: qui primo fame fratres minores diligebat: sed operatione cuiusdam famuli sui dilectionem sic conuertit in odium quod eius persecutione fratres necessario habebant vt de castro illo penitus abirent: currentes ergo fratres precibus ad beatum Franciscum rogabant vt ab atroci vexatione clementer eos eriperet: quod et factum est: nam de nocte prepositus ad diuinum iudicium est deducitur cum famulo et cum sententia de eis daretur: beatus Franci

secus ppositū defendit: dicēs: q fuit ordini suo valde deuotꝰ: ꝫ inductione famuli sui fuit hostis effectus. Dictāte igit̄ sniā famulus eiꝰ vt sibi videbat̄ erat decapitatꝰ: cū igit̄ ppositus a somno surrexisset: nimium territus cucurrit ad lectū in quo famulus dormiebat: quē veraciter decapitatū
C inueniēs statim cucurrit ad fratres ⁊ frater minor effectꝰ ē. Denicꝫ queri pōt incidentaliter vtrū de facto absoluēs quē de iure nō poterat absoluere: teneat̄ ad restitutionē. s. ei notificādo q eū absoluere nō poterat: cū ɔstet eū sacramētaliter nō esse absolutū: ⁊ p ɔsequēs in aīe sue bono grādē iniuriā passuz. Ad h̄ rńdet Guil. in suo sacramētali q sic: ⁊ peccat mortaliter fm Richar. in. iiij. di. xviij. ar. ij. q. v. ⁊ sic ptz de dāno ipius anime. Ad laudē dei omni.

De diffamia directe vel indirecte alteri illata: ⁊ qualiter ad restitutionē fame qs obliget̄. Ser. III

Non furtū facies.

Exo. xx. Jam ordine debito de restitutiōe fame ablate ɔsequēdū ē: vtpote q quodāmō bōis spūalibus adheret: ⁊ iō inter tpalia bona fama principatū obtinet: qr maiꝰ bonū est qđ ē intra nos q̄ qđ est extra nos. Prou. xxij. Melius ē nomē bonū q̄ diuitie multe: ⁊ ideo deteriores reputant̄ diffamatores q̄ raptores: vt ptz. vj. q. j. c. deteriores ⁊. c. sequēti. Dicit Alex. papa. Sūma iniqtas ē fratribus accusare. Unde scriptuz ē.
A Omnis qui detrahit fratri suo homicida est. Hic ergo qri potest an aliquem infamās teneat̄ ad restitutionē. Ad h̄ respondet Richar. i. iiij. di. xv. q restitutio ē actꝰ iusticie cōmutatiue: ⁊ qr ad obseruādā iusticiā oēs obligamur. Hinc etiā tenet̄ qlibet ad restitutionē rei ablate iniuste si restitui pōt. Sin aūt tūc restitutio fieri debet in eqūalente si possibile est: vt patet ex. ne lite penden. c. eccl'ie sancte marie: q si nec equiualēs reddi pōt: tūc satisfacere tenet̄ ad arbitriū boni viri. Qđ si obijcit̄ ad īpossibile nemo tenet̄: ꝫ in ptāte diffamantis nō ē mutare opinionē malā hoīm quā ex diffamatiōe cōceperūt. Ad h̄ respondet Alex. de hales. in secūda pte sūme tractatu de vitio detractionis: q licet talis non pōt in integrū mutare malā opinionē: tamē tenet̄ bonū dicere de eo sicut priꝰ dixit malū: ⁊ hoc illis corā quibꝰ fecit diffamationē: ⁊ ośdere se debet deliquisse: ex quo forte mutabit̄ opinio. Et nota generaliter q quecunqꝫ dicunt̄ hic de diffamatōe: eadē pariformiter intelligēda sūt de susurratione: qr sicut diffamator obligat̄ ad restitutionē fame: sicut susurrator ad restitutionē pristine amicitie: nisi forte talis amicitia foret perniciosa. Preterea fm Asteñ. li. ij. ti. xv. Detractio fit multis modis qbus alterius fama diminuit̄: nam qñqꝫ fit planis verbis: qñqꝫ vero verbis artificiose excogitatis vel cātilenis: qñqꝫ nihilominus nutibꝰ ⁊ signis: ⁊ aliqñ scriptis qui libelli famosi dicunt̄: vt cū quis scribit chartā in iniuriā ⁊ infamiā ⁊ alteriꝰ illā occulte projiciens in eccl'ia platea vel domo vt inuēta ptinus alter infamet̄: ⁊ talis nō solū peccat mortaliter: ꝫ etiā ɔtra taliū ɔfectores ⁊ inuentores: nec statī destruētes sed dolose manifestātes institute sūt grauissime penetaz fm leges q̄ fm canones: vtpote flagellatio ⁊ excōmunicatio fm canones: vt ptz v. q. j. qui in alteriꝰ. c. hi qui: ⁊. c. si qs: qđ intelligit̄ nisi legitime pbauerit ea q scripsit: vnde ibidē. q. ij. c. relatuz: precipit̄ q nulliꝰ accusatio p scripta suscipiat̄: ꝫ accusent p̄sentialit̄ ⁊c. Et si ɔstet q qs illđ fecerit accusari pōt ⁊ deponi velut accusatiōe ⁊ ɔdēnatiōe dignꝰ. In foro xpo penitētie tenetur ad restitutionē dāni dati si alś nō leuarisset dānū illud. Insup tenet̄ ad restitutionē fame in eisdē locis ⁊ etiā in alijs vbi itelligit illū infamatū accusatiōe sua: ⁊ h̄ p se si audet vl' p aliū si nō audet: vt amoueat p posse vel saltē alleuiet alteriꝰ infamiā tenet̄ ɔinde veniā petere p se si fieri pōt vl' p aliū manifestato vl' occulto noīe suo p
ut discreto ɔfessori videbit̄ expedire. De B
inde queri pōt: quot sūt differentie detractionis vl' diffamatiōis quaꝝ quis tenetur restituere famā. Ad h̄ rńdet Alex. de hales: vbi supra in tractatu de vitio detractionis: q sex sūt differentie detractōis ad qrū restitutionē quis obligat̄. Prima ē cū quis neget bonū qđ tamē agnoscit ab alio factū tpe ⁊ loco quo tenebat̄ illud ɔfiteri: sicut fecerūt iudei q dixerūt Jo. ix. de miracula ceci nati quez dñs illuminauit. Da gloriam deo: id est confiteri veritatē: nam vt ibidem dicit Lyra. Uoluerūt eū inducere ad dicendū q illuminatus esset arte ma

gica nō virtute diuia: scimus inquiūt quia hic hō peccator est. q. d. ergo virtute diuia nō fecit. Secūda est qñ quis nō negat manifeste bonū alteri⁹ sibi notū ſ tamē tacet eo tpe quo ex fraterna charitate tacendū nō ē: ⁊ hoc ideo vt obloquētiū fauorem acquirat vl indignationē nō incurrat: aut pter aliud quodcunq cōmodū exequendū vl incōmodū fugiendū: sicut exempla/riter patet Mat. vlt. in milit⁹ custodientibus sepulchrū. Qui post resurrectionē christi venerūt in ciuitatē ⁊ annūciauerūt principib⁹ christi resurrectionē ⁊ angeli terribilē apparitionē: ſ pecuniā copiosā acceperūt ab eisdē vt tacerēt christi resurrectionē. ⁊c. Tertia est qñ bonū alterius q quis negare nō pōt peruertit: dicens illud esse factū intentione mala: vtpote de vana gl̃a hypocrisi vl aliis causis vitiosis sicut scriptū ē de christo Jo. vij. q murmur multus erat de eo in turba propter contrarietatē opinionū. Quidā em dixerūt qz bonus ē approbātes eius doctrinā ⁊ miracula. alij aūt dicebāt nō: sed seducit turbas: ⁊ hi fuerūt principes pp̄li qui ex inuidia oīa opera christi peruertebāt: vbi dicit Aug⁹. q quicunq emicuerit aliqua grā: alij dicant bonus ē: alij dicūt nō sed seducit turbas: qd aūt dictū est de deo valet ad ɔsolationem de qcūq ħ dictū fuerit christiano. Quarta est cū occultū malū alterius reuelat̃ eo modo quo nō debet: quō aūt reuelari debeat diffuse pz in sermonib⁹ de trib⁹ ptibus penitētie in sermōe de ope misericordie spirituali qd ē corrigere peccātē. Pro quo sciendū ſm Gof. in. iij. di. xv. q aliquē diffamās verū crimē ſ occultū in publico pponendo nō seruato iuris ordine: nō tenetur retractare verbū suū qz hoc faciēdo mentiretur sciens esse verū qd pposuit: nec enim mentiri debet pter qdcunq bonū suo pximo reddēdū: cū ſm aplm. Nō sūt facienda mala vt veniāt bona: verūtamē aliquo alio licito mō tenet̃ ad reddēdā famā vt dicendo nō credatis eum esse talem: male dixi ⁊ fatue: hoc enim verum ē: quia non seruato iuris ordine proposuit in publico qd nō erat verū publicū: vel dicat nō reputetis eum esse malum: bonus ē enim quia qlibet presumendus est bon⁹ donec probet̃ contrariū: extra de scrutinio in ordine faciendo. c. vnico: ⁊ hoc est persuadere aliis q nō reputent eum malū. Scdm Richar. autem ⁊ Tho. tenet̃ etiam sibi ad aliquā recompensationē ad arbitrium boni viri si nō potest ei restituere famam predictis modis. Sed incidentaliter queri potest: an accusatus de crimine vero sed occulto: ⁊ illud crimē negans teneat̃ ad restitutionē imponēti faciendā: pſertim qz sic negans ī iudicio notat imponētem de calūnia: ⁊ qd maius est dicit̃. v. q. vj. c. qui calūniā illatā nō probat: penā debet incurrere quā si pbasset reus vtiq sustineret. Ad ħ rñdet Gof. vbi supra: q talis nō tenet̃ illā negationē retractare: qz nō tenet̃ quicunq statim in iudicio cōfiteri se esse reū nō dū conuictus: tenet̃ tamē p quedā verba sobria restituere famā accusanti quē indirecte de calūnia notauit: dicēdo nō habeatis eū p calūniatore qz forte in ppōnēdo habuit bonā intentionē: vel forte credidit se probare posse intentū suū: ſ decept⁹ est. Quidā tamē dicūt ⁊ bene: q talis in nullo tenet̃: qz si talia verba proferret p reo cōdemnaretur. Nō si q̃ritur: an talis negās simplici verbo mortaliter peccet. presertim cū videatur esse mendaciū pniciosū: tam reipublice que prepedit̃ a punitione ei⁹ iusta q̄ etiā persone accusanti q̄ per hoc notatur de calūnia. Ad ħ rñdet Gof. ibidē: q sicut ē: Deut. xvj. Juste qd iustū ē exeq̄ris: ex q̄ dat̃ intelligi q respublica non debet oīa mala punire: sed ea tm̄ q̄ iuste punire pōt: q̄lia sūt q̄ corā iudice reipublice sufficient̃ pbari pñt: ⁊ iō nō ledit̃ respublica si iudicium diuinū excedat ei⁹ iudiciū: vt sic aliq̄ diuino iudicio reseruet̃: sup quib⁹ nō pōt respublica dare iustū iudiciū: qm vt habetur. j. Reg. xvj. Hō videt ea q̄ patēt: deus autē intuet̃ cor: ⁊ sic nō est mēdaciū pniciosū ɔ rēpublicā nec ē etiā mēdaciū pniciosū ɔ accusātē: ſ accusās sibimet pniciosus est dū eo mō defectū alteri⁹ ppōnit q̄ nō deberet: imo deberet nō ppōnere nisi posset pbare: ⁊ sic sibi īputet si aliq̄ sequat̃ illi infamia: qz ipe sibi ē cā nō negās q̄ defendit īnocētiā suā ī publico vbi nō ē nocens: nec habēdus ē p nocēte nisi fuerit publice cōuictus. Nō si q̄rit̃: vtrū ħ talis peccat ī se mētiēdo p se: dicēdū em videt̃ q q̄libz ab vno accusat⁹ ī publico teneat̃ de necessitate salutis id statī ī publico ɔfiteri de q̄ sic accusat⁹ ē: ⁊ sic exponere se patibulo ī iudicio sanguinis: etiā oculū habēdo nō solū ad penā ſ etiā ad honestū ⁊ inhonestum: nō enim videt̃ q ille honeste ⁊ ſm rectam rationē debeat corā tali iudice cōfiteri: qz

cit: q compromissio nō debet obtemperare litigatores si aliquid arbiter inhonestū iusserit: et si p dolum tulit sententiā licz nō retractet per appellationē: tamē retractat per exceptionem: vt. ff. eo. c. non distinguemus. §. cum quidam. et si iuramentū interuenit in compromisso quod tamē fieri non debet: quia iuramentū in arbitrio prohibet interuenire: vt. C. e. auten. decernim⁹. si tamē interuenit est seruandum dūmodo arbitrium sit licitum vel equum: vt dicto c. non sine. in fi. Si vero non est licitum: vel est notabiliter iniustum: tunc parti lese cōpetit doli exceptio non obstante iuramēto quia iuramentū ad hoc non extendit nisi ad ea que legitime arbitrant: vt ibidem in glosa sup verbo facientes: et dicto. c. veniens. sup verbo: p̄cuisset: in glosa: vbi dicitur: q iuramentū non extendit ad illa de quibus non est cogitatum. Nota glosam ibidem in. c. quintauallis. Tertiū gen⁹ arbitrorū est quod simpliciter eligitur ad componendū inter partes: sicut bonus vir inter partes rem decidit et componit: cui⁹ sententie tunc demum stabitur: si sit talis qualis fieri debet a bono viro: vnde si iniusta sit corrigi debet per arbitriū viri boni: vt. ff. pro socio. vbi dicit: Si societatem mecū coieris ea cōditione vt partes societatis cōstitueres: ad boni viri arbitriū ea res redigenda est et cōueniens est boni viri arbitrio vt non vtiqz ex equis partibus socij simus veluti si alter plus opere industrie pecunieue in societatē collaturus sit: hec ibi. Ex quibus omnib⁹ liquet q arbitri quicūqz nō p sordes nec per gratiā aut fauorem arbitrari debeant: sed ſm iustam estimationē equitatis cōsideratis hincinde circūstantijs: alioquin obligant indistincte parti lese ad debitam recompensationem. Octauū deniqz genus hominū contra hoc p̄ceptum delinquentiū sunt pcuratores: actores: syndici: yconomi vel quocūqz nomine censeant: qui constituti sunt vt causas aliorum defendant: sed officium suum infideliter et inique exequunt: quorum excessus ex iam dictis faciliter elici possunt. Unde procurator est qui aliena negocia mandato domini vnum vel plura gerenda gratuitus suscepit: vt. ff. de pcu. l. j. et possunt simul plures pcuratores constitui et in solidum: et tunc occupantis melior est conditio: vt posterior tam nō sit pcurator: in eo quod prior petere cepit: vt. ff. e. pluribus. Et nota q in nullo debet esse deterior cōditio pcuratoris q̄ domini nisi in satisdan. ff. de pcura. l. sed et de. §. defendere. et ratum est quicquid cum pcuratore agitur: vt extra eo. ti. c. j. Et in glosa ibidē vide de satisdatione et ceteris que concernunt hanc materiā. Syndicus autē est ille qui constituit ad agendum vel defendendum causas nomine vniuersitatis. Dicit enim syndicus quasi plurīū causas dicens vel defendens: et dicitur proprie pcurator monasterij. In ecclesia vero seculari vocat yconomus: vt. xvj. q. j. c. quoniā. Actor similiter constituit ad agendas et defendendas causas vniuersitatis: vt. ff. quod cuiuscz vniuersitatis. l. Item eorum. In hoc tamen differunt: quia syndicus constituit ad lites p̄sentes et futuras et sine decreto. Actor autem tm̄ ad lites p̄sentes et cū decreto: vt. ff. e. §. si decuriones. Et sola vniuersitas vel collegiū constituere potest syndicum vel actorem: vt. ff. eo. l. j. vel is cui dedit vniuersitas potestatem eligendi: vt ibi. §. Item eorum. Quādoqz tamē syndicus vel actor appellatur procurator: vt de pba. c. licz. de p̄script. c. j. Et debent constitui duabus partibus vniuersitatis p̄sentibus: et maiori parte vniuersitatis consentiente. Et nota q idem intelligit de yconomo quod dictū est de syndico: vide etiā extra de sindico. c. vnico. et in glo. De ceteris gratia breuitatis supsedeo. Deniqz de cōsiliarijs vel cōsultoribus subnectendū est: quorum subsidium extra iudiciū requirit: q̄uis et assessores iudicum etiam consiliarij dicunt: vnde p̄sertim iuuenes et in expti iurisperitorū et similiū consilium requirere debent anteq̄ litem in iure sumant: qr dicit Cassiō. in epistola quadā q plurimū laudis iuuenes moribus suis applicant: quotiens de negociorū meritis ambigentes ad cōsilia peritorū recurrūt. Et si queritur vtrum iurisperitus iustum consilium vendere pōt an gratis administrare debeat. Ad hoc dicendū ſm glo. Dic. xj. q. iij. c. nō licet q si iurispitus sine labore dare pōt consiliū: scz nō reuoluēdo libros nec laborādo in allegandis allegatiōib⁹: tūc gratis subuenire tenet. Alioqn vt dicit Amb. li. de officijs. Quid tibi pdest hr̄e sapiētiā si cōsiliū neges? Si cōsulēdi copiā includas: clausisti fontē vt nec alijs influat nec tibi psit: h̄ ille: imo plurimū obest ex eo q sibi ingest nō dare elemosynā sine sui detrimē

to et labore. Dicit enim Gregori⁹ in omel. q habens intellectū: scȝ dandi consilium curet omnino ne taceat: et subdit causam dicens: Talenti enim nomine cuilibet reputabit quod vel minimū accepit. Si vero laborat in libros reuoluēdo et studendo acta respiciendo et forte cum alijs peritis disputando vt sic debitum consiliū tribuat: tūc licitum est illi exigere et recipere salarium: et sic intelligit Raymūdus dictū Augu. in dicto. c. non licet. vbi subdit: et si liceat aduocato vendere iustū patrociniū et iuriscōsulto rectum consiliū. Dicit tamē Hosti. q si consiliū petens sit diues tunc iurisperit⁹ non tenet gratis dare iustū consiliū: quia et si tunc non laborat ante tamen laborauit discēdo et studendo: et sic licite potest inde recipere: pcipue sponte oblata. Ad laudē.

De mendacio materiali et formali: ac de mēdacio pnicioso qualiter quattuor modis committit: Sermo VII

Non loqueris contra primū tuum falsum testimoniū: Exod. xx. Expediti de falso testimonio fm primā acceptionē put contingit in iudicio: iam secūdam psequamur prout scȝ accipit large p omni falsa et iniusta expressione verboꝝ in deceptiōe vel in
A iuriam primi extra iudiciū. Qd fieri pōt multis modis: quia multa sunt genera mēdacioꝝ. Uerūtamē quia de piurio visuȝ est i secūdo pcepto. Hic psequēdum est de simplici mendacio: quod qꝛ leui motu lingue perficit peccatū illius minus ponderat. Sed audiant qui huiusmodi sūt illud Prouerb. xviij. Mors et vita in manibus lingue: q diligūt eā comedēt fructus eius: vnde peccata lingue sunt extremū refugiū demonū ad impugnandos fideles christi. Nam fm Jacobū in canonica: Qui nō offendit in verbo hic pfectus est vir. Est enī inquietū malū vtpote in lubrico positum: plenūqꝫ veneno mortifero: et ideo licȝ omnis natura bestiarum domari potest: tamē linguā nullus hominū domare potest nisi cum gratia et silentio. Hinc Hiere. ix. dicit idem pheta. Quis dabit capiti meo aquā et oculis meis fontem lachrymarū et plorabo die ac nocte: et addit causam dicens: qa extenderunt linguā suam quasi arcū mendacij et non veritatis. Docuerunt enim linguam suam loqui mendaciū. Pro quo notandū q mendaciū fm Augustinū li. de mendacio: et ponit. xxij. q. ij. c. beatus Paulus. §. ille ergo. Est falsa vocis significatio cum volūtate fallendi. Pro quo nota fm Asteñ. libro. j. ti. xxvj. q dictum exterius prolatū duplicem habet comparationem. Unam ad rem significatā: et sic dicitur sermo verus: cum scȝ res adequat: vel etiā fallax cum non adequat sermoni: et talis veritas vel falsitas sermonis tenet rationem materialis. Alteram vero comparationē habet ad intentionē dicentis: et sic dicit sermo verus cū. s. intētio adequat sermoni. Falsus autē cum intentio non adequat sermoni: et talis veritas vel falsitas habet rationē formalis. Ex quibus patet q mendaciū nominat dictū per comparationē ad rem et ad dicentē. Et ideo ad completā mendacij rationem concurrit duplex falsitas: vna p compationē ad rem: et alia p comparationē ad loquētis intētionem: et hec duplex falsitas tangit in dicta diffinitione mendacij. A prima tamen falsitate si sola fuerit: non dicit quis pprie mendax: quia mentiri est cōtra mentē ire qd ille nō facit: quia fallere nō intendit: sed a secūda licȝ fuerit sola dicit quis mendax. Et hoc patet. xxij. q. ij. vbi dicit ca. Is autem qui mentit cōtra id quod animo sentit loquit voluntate fallendi: et vtiqꝫ verba ppterea sunt instituta: non vt per ea se inuicē homines fallant: sed vt eis quisqꝫ i alterius noticiam cogitationes suas proferat: verbis ergo vti ad fallaciam non ad quod instituta sunt peccatū est. Et infra. Nemo mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat verum: quia quātum in ipso est non fallit sed fallit. Non itaqꝫ mēdacij sed aliquādo temeritatis arguendus est: qui falsa incautus credit ac pro veris habet: potiusqꝫ ecōtrario quātum in ipso est: ille mētitur qui dicit tanqꝫ verum quod putat falsum: quātum enim ad animū eius attinet: quia non quod sentit hoc dicit: nō verum dicit quis verum inueniat esse quod dicit nec vllo modo liber est a mendacio: quia ore nesciens verum loquit: sciens autem volūtate mentit: h ibi. Et verba sunt Augustini in enchiridion: vñ concludit ibidē q minus peccat q nesciēs falsum dicit qꝫ q nesciēs verū dic: qꝛ pmū mēdaciū hȝ rōneȝ

materialis: scdm formalis: et vt dicit in di
cto.c.beatus: cū fallere sit volūtatis: falli
autē vel infirmitatis vel temeritatis: gra/
uius est qd ex voluntate qȝ qd ex temerita
te vl infirmitate pcedit vñ aliqñ ptingit fal
li vl nullū vl minimū esse pctm: nullū qdē
peccatū est: cū adhibuit debitā diligētiā
et h nō solū in mendacio sed etiā in piurio:
vt patet ibidē.c.homines: vbi subdit: q in/
terest quēadmodū xbū pcedat ex animo:
reā linguā nō facit nisi rea mēs: qr ergo
mens nō erat rea: nesciebat eni esse falsum
qd iurauit esse verū: nec temere vl neglige
ter sed cū magna diligētia sibi videbat de/
prehendisse verū qd iurauit falsū piuriū re
us nequaqȝ est iudicandus: vt ibi. Si vero lo
quēdo falsū nō adhibuit debitā diligētiā
peccat venialiter: nisi forte mendaciū esset
multū pniciosū. Qui vero sciens dicit mē/
dacium semp peccat vt videbit. Et si obij/
ciat q pdicta diffinitio nō cōueniat officio
so mēdacio nec etiā iocoso: qr qs in neutro
eoȝ intēdit fallere sed in officioso intendit
pdesse: et in iocoso intēdit delectare et com
placere. Ad hoc dicendū fm Alex. vbi su
pra q in dicta diffinitiōe verbū fallēdi nō
tm importat decipe sed etiā fallere seu fal/
sum dicere: et hoc est omni mēdacio cōmu/
ne: falsū eni dicere exterius qdammodo fal/
lere est: qz h dicit qd pōt hominē ad falsi/
tatē deducere: et p ɔsequēs fallere et decipe
re: vnde mendaciū officiosū et iocosum ex
ipso genere operis rationē habet fallēdi: li
cet ex intētione dicētis nō dicat ad fallen/
dum. Hic queri pōt qt sint genera men/
dacioȝ: pñsertim cū Aug. in li. de menda/
cio mendaciū diuidat in octo differētias:
Phs aūt in.iiij. Ethic. diuidit mendaciū
in iactantiam q veȝ excedit in dicēdo: et in
yroniā que deficit a vero in minus dicēdo:
q duo sub nulla predictaȝ differētiarū con
tinent qs ponit Aug. Ad hoc dicendum
fm glo. sup illō psalmi.v. Perdes omnes
qui loquunt mendaciū: q tria sunt gene/
ra mendacioȝ. Primū eni genus menda/
cij est qd fit ex malignitate et dicit menda/
ciū pniciosum. Secūdū vero genus fit p
salute et cōmodo alicuius: et dicit mendaci
um officiosum. Tertiū vero genus fit ex io
co: et dicit mendaciū iocosū. Et hec diuisio
colligit etiā ex verbis Aug. sup eodē lo/
co. ps. Perdes omnes: et ponunt hec ver
ba.xxij.q.ij.c.ne quis. Et hoc etiam sic pa/
tet ratione: nā mendaciū vt dictū ē habȝ p
formali cōpletiuo quandā intentionē falle
di: et ideo fm intētionē dicentis habet men/
daciū in species diuersificari: aut eni inten
dit quis aliquē ledere: et sic est mēdaciū p/
niciosum: aut pdesse: et sic est mendaciū of/
ficiosū: aut delectare: et sic est mendaciū io
cosum. Et ad illa tria genera mendacioȝ
omnes differētie mendacioȝ reducuntur.
Sed obijcit: nunqd ē mēdaciū si qs nō im
pleat qd pmisit: qd tñ in pmissiōe adimple/
re disposuit. Ad hoc dicendum fm Alex.
vbi supra: q qui pmittit aliqd si animū ha
beat faciēdi qd pmittit nō mentit: qr nō lo
quit ɔtra id qd gerit in animo. Si vero nō
facit qd pmisit videt infideliter agere p hoc
q animū mutat: potest tñ ex duobus excusa/
ri: vno mō si pmittit illō qd est illicitū ma
nifeste: et tūc pmittēdo peccat: quia talia p
mittere nō potuit ad cuius oppositū obli/
gatur: si vero postea pcipit eē illicitū vl pe
riculosū quod pmisit: tūc mutādo volūta
tē bene facit: nec ea pmittendo intentione
simplici ptūc peccauit: vt si q pmisit veni
re ad certū locū animo simplici: postea cō/
perit positas ibidē insidias ad ɔstuprādū
vel rapiendū vel similia: et tūc bene facit nō
eundo: nec mentit pmissa nō faciēdo: quia
tūc mutate sūt cōditiōes psonaȝ vel nego/
tioȝ. Ut eni dicit Seneca li. de offi. ad hoc
q qs facere tenet qd pmisit reqrit q om/
nia maneant imutata: alr eni nec fuit men
dax in pmittēdo: qr qd pmisit habebat in
animo sub ɔditionibus debitis: nec etiā infi
delis nō implendo: qr eedē cōditiōes nō ex/
tant: vnde nec apostolus est mētitus qui Co/
rinthiū nō iuit quo tñ iturū se pmisit: vt
pz.ij.Coȝ.j. et hoc pter legitimū impedi/
mentū qd superuenit. Et h patet.xxij.q.ij.c.
beatus Paulus: vbi etiā excusat Petrū
dicentē: Nō lauabis mihi pedes in eternū. D
Primū igit mēdaciū qd dicit pniciosū
ɔsequēdo. Sciēdū q quattuor modis mē
daciū pficit. Primo cū mendaciū dicit in
pniciē christiane religionis et salutis aīaȝ
vnde.xxij.q.ij.dicit.c. Primū est capitale
mendaciū et longe fugiendū: qd fit in do/
ctrina religiōis: ad qd mendaciū nulla cō/
ditione quis debet adduci: glo. sicut est di
cere Jesum nō esse passum vel non esse na/
tum ex virgine: potius eni debet oīa mala
pati qȝ tali malo consentire: vt.xxxij.q.v.
c.ita ne. Unde subditur in textu: nō est igi
tur mentiendum in doctrina pietatis: quia
magnum scelus est primum genus menda

cij ꝛ detestabile: hoc ibi. Super quo dicit Alex. an. in suo. ij. ꝙ religio ꝯ sumit͛ cōmunit͛ ſm ꝙ nos religat ad tenēdū: ſꝫ tm̄ ea q̄ sūt circa fidē ꝟ etiā ea q̄ sūt circa bonos mores: in his enī duob⁹ ꝯsistit sūma christiāe religionis. Et hoc quidē peccatum mendacij grauissimum est inter omnia: quia mendacium tanto grauius iudicatur: quāto magis militat contra dilectionē dei ꝛ ꝓximi: hoc enī peccatū militat contra vtrāq3 dilectionē nec solū opponit͛ virtuti veritatis sed etiā virtute fidei ꝛ religionis quod est grauissimū: etiā si sit circa aliqđ cuius cognitio pertinet ad bonū hominis scꝫ ad ꝑfectionē scientie ꝛ informationē morū. Unde tāta labes est hm̄oi vitij vt non solū fallenti sed etiā illi qui fallit͛ sit dānabile. Uñ in dicto. c. beatus Paulus: subdit in fine. Aliquando contingit falli vl' nullū vl' minimū esse peccatū: aliquando ex ipsa rerū varia consideratione minus est fallere q̄ falli. Ubi dicit glo. Brix. ꝙ fallere aliquē in contractu minus peccatū est q̄ falli ab aliquo circa articulos fidei: in his enī que spectant ad f. dē non multū differūt fallere ꝛ falli: vt xvj. q. j. c. si cupis: vbi dicit͛. Nō multū distat in vitio vel decipere posse vel decipi scꝫ in fide: vel in his sine quib⁹ sal⁹ haberi non potest ſm glo. licet q̄tū in se ē multo grauius sit decipere q̄ decipi: q̄uis vtrūq3 dānabile est: vñ. xxij. q. ij. c. in ipsa ꝯsideratione: subdit͛: ꝙ longe tolerabili⁹ ē ī his que a religiōe scꝫ fidei se iūcta sūt mētiri: iđ est fallere: q̄ in his sine quorū fide vel noticia deus coli nō potest. Tale mendacium diabolus locutus est: ꝛ in celo ꝛ in terra: in celo quidē: qꝛ vt dicit͛ Joh. viij. In veritate nō stetit. Et ſm Aug. xj. de ciuita. dei: qꝛ ab initio sue conditiōis in veritate nō stetit: ideo nunꝗ beatus cū angel' fuit suo recusans esse subditus creatori: ac ꝑ hoc falsus ꝛ fallax: qꝛ pia subiectiōe noluit tenere qđ natur' ē affectās ꝑ suꝑbā elationē simulare qđ non est. Et hāc falsitatē ꝑ venenosas suggestiones effudit in ceteros sibi coherētes angelos. Et sic s. dici liceat ꝑpetrauit angelicidiū: ꝛ ex hoc Lucifer dicitur mendax ꝛ pater eius Johis viij. de q̄ dicit Aug⁹. Diabolū aūt dixit dñs patrē mendacij: qꝛ nō oīs q̄ mentit͛ pat' mēdacij sui est: si enī ab alio mēdaciū accepisti ꝛ dixisti: tu q̄dē mētitus es sed pater mendacij nō es. Ille vero qui nō aliunde accepit mēdaciū pater est mendacij: sicut deus pater est veritatis. Electus aūt e celo diabol⁹ mēdaciū finxit in paradiso quo patraret homicidiū. Ecce q̄ execrabile malū est mēdaciū: qđ a sua cōditiōe deiecit āgelos malos ꝛ homines vniuersos: ꝛ ideo de fabricatore mendacij dicit͛ Joh. viij. Ille homic. da erat ab initio hoc ē in homie: p̄mo ex quo potuit fieri homicidiū. Aug⁹. ibidē nō enī posset occidi hō nisi prius fieret hō: nō ferro accinct⁹ diabolus ad hominē venit: verbū malū seminauit ꝛ occidit: noli ꝗ putare nō esse homicidiū qñ fratri tuo mala ꝑsuades: vos aūt seuitis in carne: qꝛ nō potest' in mēte: hec ille: Unde de falsa suggestiōe diaboli di͛c Theophil⁹: is enī ꝛ deū apud homies criminat⁹ est ad euā dicēs: qm̄ inidēs vobis lignū inhibuit: ꝛ apud deū q̄ndā criminatus est homines: vt cū dixit an gratis colit Job dñm: ꝛ vt efficatius ad ea sum traheret ait Gen. iij. nequaq̄ moriemi scit enī dñs ꝙ in quocūq3 die comederitis ex eo aperient͛ oculi vr̄i ꝛ eritis sicut dij scientes bonū ꝛ malū. Preterea ſꝫ Origenē Attēde ꝙ hoc nomē mendax dicitur tā de diabolo qui mendaciū genuit sicut hic dicit͛: qꝛ mēdax est: q̄ de homie: scđz illđ ps. Omnis homo mēdax: ꝛ hō ille diaboli nomē sortit͛: vtpote ei⁹ fili⁹ efficit͛: qꝛ ſꝫ Augusti. de q̄stionibus euāge. diabol⁹ nō speciale nomē est ꝟ cōe: in q̄cūq3 enī opa diaboli fuerint inuēta: diabolus est appellandus: opis enī nomē ē nō nature: ꝛ sic iudei a veritate auersi dicunt͛ a christo filij diaboli Joh. viij. ꝟ mō filij diaboli sūt oēs subuersores catholice veritatis: oēs dissuasores virtutū: oēs ꝓmotores ꝛ suggestores vitiorū: q̄ sūt imitatores diabolice malicie de q̄bus intelligi pōt illud. iij. Reg. xxij. ꝛ ij. Paral. xviij. Egrediar ꝛ ero spūs mendax in ore omniū ꝓphetarū eius scꝫ Achab q̄ coluit Baal. Tales ꝓphete sunt de quibus Esa. v. d͛r: ve qui dicitis malū bonū et bonū malū: ꝛ pharisei de quib⁹ dicit dñs cū frequētatiōe Matth. xxiij. Ue vob' scribe ꝛ pharisei ꝛc. ꝛ hoc ꝓpter multiplices errores quos seminabant in eorū doctrina cū eta ꝑ posse retorquētes ad questū auaricie vt pꝫ in multis passibus euangeliorū. Secūdo mō cōmittit͛ hoc mēdaciū pniciosū scienter ꝛ ex proposito ledendo famam vel claritatē in proximo. Primū cōmittitur per detractionē de qua visū est in. v. ꝓcepto sermone. viij. cū duobus sequentibus. Secūdū vero ꝑficit͛ ꝑ susurrationē q̄ malicia

potio: est q̃ detractio: de qua visum est ser
mone. x. et ideo de eis nunc gratia breuita/
tis supersedeo. Hoc autē sciendū q cū ali/
quod eorū fit cum intentione nocumentuz
inferendi vel in fama vel in amicicia tūc cō
stituit mortale peccatū: vnde detractores
detestabiles sunt coraz deo et hominibus:
Dicit enim apostolus ad Roma. j. Detracto
res deo odibiles: glo. hoc dicit ne detractio
leuis putetur cū īpugnet charitatē pximi
quam summe diligit deus. Et iterum dici/
tur prouerb. xxiiij. cogitatio stulti peccatū
est: et abominatio hominū detractor: hinc
dicit ps. Detrahentem proximo suo hunc
persequebar. sic et de susurratione scriptuz
est Eccl. xxviij. Susurro et bilinguis male/
dictus erit: scz a deo et hominibus: multos
enim turbauit pacem habētes: scilicet inter
eos discordias seminādo: lingua tertia. s.
inter duas linguas eorum quos discordat
multos cōmouit: scilicet ad dissensionē: im
mo quandoqꝫ totam ciuitatem vel regio/
nem: et hoc quidem in occulto vel absentia
in vtroqꝫ vero peccasse videtur vxor phuti
fari eunuchi Pharaonis principis exerci
tus: que propter contēptū suū inuidia mo
ta contra Joseph conabatur eum viro suo
reddere infamem et exosuz. Pro quo no
ta prout tangitur Gen. xxxix. et Josephus
plenius refert postq̃ Joseph ab ea fuerat
pluries sollicitatus nec acquiesceret operi
nephario: accidit q instaret publica festiui
tas que valde solēnis erat egiptijs in qua
congregabantur omnes non solum viri sed
etiam mulieres ad phanum idoli preter Jo/
seph qui erat dei cultor: mulier igitur ma/
ledicta se simulans infirmā vt sic domi ma
nere posset sine verecundia: ad hoc q̄sinit
solitudinem et silentium vt liberius sollici
taret Joseph ad opus nepharium quod et
fecit: primo verbis blandis: postea cōmi/
natorijs q nisi assentiret illā accusaret: ac
demum nimio libidinis ardore ducta arri
puit eum per vestimenta vt sic importuni/
tate sua ad opus illud eum induceret: qui
iratus in manu femine relicto pallio foras
egressus est: illa se contemptam dolens in
argumentum fidei retentum pallium ostē/
dit viro dicēs: Ingressus est ad me seruus
Hebreus vt illuderet mihi: qui nimiuz cre
dulus verbis vxoris tradidit Joseph vin
ctum in carcere regis: sicut iudices impij in/
ique accusauerunt susannam castissimam
cum nollet eis indulgere sui copiam: plu/
res autem de filiabus israel timentes dif/
famari consentiebant eis: sicut adhuc mul
te consentiunt in sequentibus lubricis ea/
dem ratione et hoc quidam fuit etiam non
solum mortale sed detestabile peccatū mi/
nus tamen q̃ primum: in manifesto vero vel
presentia leditur fama et charitas per con/
tumeliam: obprobrium et conuicium de qui/
bus dictuz est supra in secūdo precepto ser
mone vltimo. Tertio modo committit c
mendacium perniciosum contra proximū
quantum ad corporale nocumentum: vtpote
violando: in exilium relegando: corporali
ter ledendo vel etiam interficiendo: et tale
quidem mendacium mortale et detestabile
iudicatur: tertium tenēs gradum malicie
immo plerumqꝫ grauius q̃ precedens: vn
de quantum ad violationem hoc peccato deli
quit amon filius Dauid: tam opere q̃ ser/
mone: cui iudicanti q amaret Thamar so/
rorem Absalon consuluit Jonadab amicus
eius q languorē simularet cubando super
lectum quod et fecit. Ecce mendaciū in ope
re cum inquit: pater tuus venerit vt visitet
te: dic ei: veniat oro Thamar soror mea vt
det mihi cibū et faciat pulmentum et come/
dam de manu eius quod et fecit: et venit Tha/
mar: factoqꝫ pulmento iussit Amon omnes
egredi sororēqꝫ suā ingredi secum in con/
claui vt ibi cibum capiat de manu sua: ec/
ce mendacium artificiosum in sermone: vn
de et vi oppressit eam: o quot hodie reperi/
untur insidiatores castitatis aliene: nec ve
rentur quibuscunqꝫ mendacijs: periurijs
ac promissionibus ad hanc perniciem per/
tingere nullumqꝫ statum verentur femina
rum: virgines et vidue: montales et deo sa
crate: affines et consanguinee castitatē vo/
uentes et coniugate: omnes pariter ab hac
lamia patiuntur insidias. Quantum etiā ad
lesionem vel internetionez: in hoc peccato
deliquit Jezabel vxor Achab que precepit opti/
matibus Jezrael q inuenirent falsum testi
moniū contra Naboth: eum scz dixisse: be
nedixit Naboth deum et regem: id est ma/
ledixit: propter horrorē enim maledictionis eā
iudei noīe ɔtrario significabāt: et sic false
accusabatur de dei blasphemia et de crimine
lese maiestatis: cui vtriqꝫ debebatur pena
mortis: hoc enim agebāt ne querere viderētur eius
mortē: sed dei et regis honorē: hoc deus qui nouit
hoim corda misit prophetam qui increparet Ach/
ab huius facinoris crudelē vindictā: vt patz in te
xtu. iij. Re. xxj. In hoc etiam deliquerāt filij

Jacob Simeõ et Leui qui vt dicũt docto. Gen̄. xxxiiij. Dina sorore eoꝝ stuprata: et a sichem filio emor ad cõiugium requisita responderunt in dolo seuientes ob stuprũ sororis: nõ possumus dare homini incircũcisos: sed in hoc valebimus ɔfederari si similes nostri esse volueritis et circũcidat̃ in vobis omne masculini sexus: hoc enĩ dicẽtes cogitabant inuadere ciuitatem qñ viri nõ possent se defendere. s. tertia die qḋ et factũ est: et scḋm doctores nr̃os qꝛ sichimite receperant circũcisionẽ nec moliebant̃ aliquã fraudem. ideo filij Jacob pessime fecerunt fraudulenter eos interficiẽdo: vnde Gen̄. xlix. Jacob in benedictione filioꝝ dixit de eis: Simeõ et leui fratres vasa iniq̄tatis bellantia: in consiliũ eoꝝ nõ veniat aĩa mea: qꝛ in furore suo occiderũt viꝛ: id est viros sichimitas: Et infra: Maledict⁹ furor eorũ q: ptinax: Et ideo seq̄t̃ pena: Diuidã inquit eos in Jacob et dispgam eos in isrl': qꝛ ad lrãm leui sortẽ nõ habuit in terra: sꝫ admixt⁹ alijs filijs: viculos habuit ad alẽda pecora. Silr̃ Simeõ qꝛ modic⁹ erat sortẽ ñ habuit sꝫ recept⁹ ẽ in sortẽ iude. Quarto mõ cõmittit̃ mẽdaciũ pniciosũ ɔtra primũ q̄tũ ad reale nocumentũ quo. s. inferre querit alijs nocumẽtũ in rebus suis tẽporalibus: et hoc q̄n̄qȝ fit ex inuidia vl' in affectione qua q̄rit alteri nocere: q̄n̄qȝ vero ex auaricia vl' cupiditate q̄ querit sibi vl' amico suo ꝓdesse: et est in genere suo peccatum mortale: et vtrũqȝ cõtig' t in Siba ꝓcuratore Miphibosetb: qui vt dicũt doctores. ij. Reg. xvj. fugiente Dauid a facie Absalon occurrit ei cũ duobus asinis panib⁹: vuis passis et massis palatarũ. i. fructuũ one incrabulas quas palas dicim⁹ presse cõpingũtur vt essẽt in vsũ regis et suorũ. Et ait Dauid ad eũ: vbi ẽ Miphibosetb fili⁹ dñi tui: ꝗ motus tã inuidia q̄ auaricia: qꝛ positus erat ad seruiendũ Miphibosetb: vt ptꝫ. ij. Re. ix. et cupiebat ĩpetrare hereditatẽ Miphibosetb. Cogitabat enĩ q Dauid p suaȝ sapiẽtiã et bonã militiam finalr̃ obtineret victoriã: et sic q̄rebat applaudere dñoqȝ suum exosũ reddere: sicqȝ illi⁹ hereditatẽ per mediũ Dauid acq̄rere qḋ et factũ est: vñ respõdit regi dicẽs: remãsit Miphibosetb in hierl'm dicẽs: hodie restituet mihi domus israel regnũ patr̃ mei: ħ hoc erat falsuȝ: qꝛ dicit̃. c. xix. q reuertẽte Dauid descẽdit in occursũ illi⁹ illotis pedib⁹ et intonsa. i. icõposita barba: vestesqȝ suas nõ lauerat a die q̄ egressus fuerat rex vsqȝ ad dieȝ reuersionis eius in pace: et ħ in signũ magne tristicie: Et ait rex. Quare ñ vẽisti mecũ: Qui rñdit seru⁹ me⁹ Siba ɔtẽpsit me nolẽs mihi sternere asinũ vt irẽ cũ rege: insup et accusauit me coraȝ rege: tu aũt ꝗ iust⁹ es fac qḋ tibi videt̃. Et ait rex: firũ ẽ qḋ locutus sũ: tu et Siba diuide possessiões. q. di. vtrisqȝ vr̃m dederã: sed qꝛ vterqȝ vr̃m totũ habere non põt inter vos diuidat̃. Sup ꝗ dicunt quidã doctores q Dauid ĩmemor iuramenti cũ Jonathan iniuste iudicauit: et ideo in vindictã illi⁹ iudicij Hieroboã diuisit regnũ Dauid et semini ei⁹ ꝓmissũ cuȝ Roboam filio salomõis. Ecce q̄tũ põt lingue falsiloque adulãtis malicia: cũ et Dauid scẽm dñi viruȝ scḋm cor ei⁹ seduxit: ad dandũ falsũ iudiciũ. O q̄t repiunt̃ adhuc mẽdaces filij hominũ q plurimos decipiunt verbis mendacibus: ĩ ducẽdo vxores: exercendo mercantias et multa similia. Et si obijcitur de Jacob qui mentiebat̃ se esse Esau ꝓmogenitũ vt sic obtineret ꝓmogenituram: vt ptꝫ Gen̄. xxvij. et tñ ꝓsum ẽ nõ peccasse mortaliter. Ad hoc dicendũ fꝫ Astẽ. li. j. ti. xxxvj. arti. v. q Jacob ħ dicẽdo ñ ẽ mentitus: qꝛ hoc mystice dixit: p eo q ꝓmogenita eius sibi debebant̃ de iure: et sic Jacob erat Esau ꝓmogenit⁹ nõ in ꝑsona sꝫ in iure ꝓmogeniture: vsus eñ fuit ħ mõ loq̄ndi p spũm ꝓphetie: ad designãdũ mysteriũ qꝛ. s. ppl's iunior. s. gẽtiliũ sb̃stituẽd⁹ erat in locũ ꝓmogeniti. s. ppli iudeoꝛ: vl' ad designandũ q pplus ab eo descẽdẽs q̄tũ ad deũ ꝑferẽdus erat pplo ab Esau descẽdenti. Ad laudẽ dei.

Utrũ omne mendaciũ sit mortale: et q mendaciũ officiosum contigit quattuor modis: Ser. VIII

Non loqueris contra primũ tuũ falsũ testimoniũ. Exo. xx. Jam viso de primo genere mendacioꝝ: secundũ genus breui stilo ꝑcurramus qḋ dicitur mendacium officiosum: quia prebet alicui gratum obsequiuȝ et nulli prestat aliquod nocumentum: scilicet prodest alicui et obest nulli. Ante cuius mẽdacij prosecutionẽ queri potest vtrũ omẽ mẽdaciũ sit mortale petm̄: sic̄ innuere videt̃ psal. di. pdes oẽs ꝗ loquũt̃ mẽdaciũ. Sapien. j. Os qḋ mẽtit̃ occidit aĩam. Et ħ videt̃ innuere Grego. dicẽs de obstetricib⁹ A

q in remuneratiõe obstetricū cognoscitur q̃d mēdacij culpa mereat: nam benignitatis eaꝝ merces que eis potuit in eterna vita tribui: ꝑmissa culpa mēdacij ē in terrenam remunerationē declinata: hec ille: sz merces eterna nō ꝑdit nisi ꝓ peccato mortali: ꝛ q: obstetricum merces eterna ꝓpter mendaciū fuit in tēporalē remuneratiōnē cōmutata: ex hoc videt q mendaciū etiā officiosum qd est de meliori genere reputatur mortale peccatū. Dicit eni Alexan. li. i. ti. xxxvj. ar. iiij. q ex quo non potest aliqs p causa maiori mētiri q̃ p ꝯseruatione spiritualis boni vel annexa bono spūali: ideo illud mendaciū est leuissimū qd fit p conseruanda corpis castitate vel aliquo sili: vt ibi. Si igit hoc mendaciū erit mortale sequit q ōme mendaciū erit mortale. Ad h dicendū fm Tho. scda. 2e. q. cx. qd illud pprie dicit esse pctm mortale qd repugnat charitati p quā aīa viuit deo ꝯiuncta: pōt ergo mendaciū cōtrariari charitati tripliciter. Uno modo fm se: et hoc ex ipa falsa significatiōe: q̃ qdē si sit circa res diuinas tunc ꝯtrariat charitati dei: cui9 veritatē aliquis tali mēdacio occultat vel corrumpit: vñ hmōi mendaciū non solū opponit virtuti veritatis sed etiā virtuti fidei ꝛ religionis: ꝛ ideo hoc mendaciū ē grauissimū in genere mendacioꝝ vt dictū ē in fmone ꝑcedenti. Si vero falsa significatio sit circa aliqd cui9 cognitio ptinet ad hoīs bonū: puta q̃ ptinent ad ꝑfectionē sciētie ꝛ iformationē moꝝ: tale mendaciū in q̃tum infert damnū opinionis ꝓximo ꝯtrariat charitati q̃tū ad dilectionē ꝓximi: vnde ē pctm mortale. Si vero sit opinio falsa ex mendacio generata circa aliqd de quo nō refert vtꝝ sic vl' alit cognoscat: tūc ex tali mendacio non dānificat ꝓximus: sicut si quis fallat in aliquib9 ꝑticularib9 contingentib9 ad se non ptinētib9: ꝛ tale mendacium in se nō ē mortale pctm. Scdo modo mendaciū charitati ꝯtrariat rōne finis intenti: puta qd aut dicit in iniuriā dei semp est mortale peccatū vtpote christiane religioni ꝯtrariū: aut d: i nocumētum ꝓximi q̃tū ad ꝑsonā: famam vel diuitias: ꝛ fm h ē mortale peccatū: cū nocere ꝓxio sit mortale pctm: ꝛ cū ex sola intētiōe peccati mortalis aliquis mortaliter peccet: ideo solus hmōi conat9 xbo ꝝ cōstituit mortale pctm etiā si nō sortiat effectū. Si xo finis intentus nō fuerit charitati ꝯtrari9 tūc mendaciū fm hanc rōnem nō erit mortale pctm: sicut apparet i mēdacio iocoso in q̃ intendit aliq leuis delectatio: ꝛ in mēdacio officioso in quo intendit etiā vtilitas ꝓximi. Tertio mō mendacium charitati ꝯtrariat p accidens: puta rōne scādali vel cuiuscūq damni ꝯsequentis: ꝛ sic erit etiam pctm mortale dū sez qs non veret ꝓpter scādalum publice mentiri: hec ille. Istud tñ tertiū membrū lati9 ꝓsequitur Alexan. li. i. ti. xxxvj. ar. iiij. dicēs q p accidēs etiā mendaciū iocosū ꝛ officiosū potest esse mortale pctm: ꝛ hoc q̃druplicirer. Primo rōne nocumēti: vt cū mētiens videret ꝓbabiliter ex suo mēdacio iminere alicui aliqd notabile nocumentū: q̃uis illud mendaciū nō esset ad hoc ordinatum. Scdo mō rōne nimie libidinis siue cōplacentie seu delectationis: qd ꝯtingit in mendacio iocoso: puta fm Ros. cum aliqs suā vl' alteri9 cōplacentiā siue delectationē in suo mēdacio dilectioni dei ꝛ mādatoꝝ ei9 pponeret: tūc eni i tali mēdacio mortaliter peccaret: vñ xxv. di. §. criminis: ibi ponunt xba Augu. dicētis: nullū pctm adeo veniale ē qd non fiat mortale si placet: secus tñ si talis delectatio sub deo eēt: sicut etiā mortalit peccaret q ꝓpriā vxorē cum tāta delectatione cognosceret q etiam eadem faceret si vxor sua nō eēt. Tertio mō rōne ꝯtēptus etiam in mēdacio iocoso: vt cū qs p indifferēti et p nihilo habet dicere tota die mēdacia iocosa quasi eēnt vera sicut faciūt mimi et ioculatores ꝛ siles fm Hostiē. ar. xxv. dis. X. alr: secus est in aliis qb9 hoc accidit forte raro vel ex euentu: vnde dicit glo. sup illud qd nō fiat criminale. i. cui9 assiduitas ꝛ ꝯtēptus vitādi veniale nō fiat mortale: vñ q̃dam dicūt q tm ipe ꝯtemptus venialium mortale pctm est: et fm hoc exponet sit mortale: id est p cōtemptū fit mortale: sicut etiam accedit verbum ad elemētū et fit sacramētū: vt. i. q. i. c. detrahe. Unde si Ray. ꝛ Host. quando dixerunt mendacia iocosa esse pniciosa: ꝛ mortalia peccata intellexerunt hoc modo sez rōne alicui9 circūstantie: puta ꝯtemptus vl' libidinis vel nocumenti vel scandali: tunc bñ dixerūt: sed si hoc intellexerūt ratione sue speciei: tunc cōtrarium sentire videt Tho. Alex. An. Bonauē. Richar. ꝛ alij theologi quibus est magis assentiēdū. Quarto modo charitati cōtrariatur ratiōe scādali. Scandalum autem fieri ꝯtingere pōt ex multis

causis: et contingit frequenter ratione circum/
stantie persone: vt cum mentiens est perfectus
et quo ad vite statum et quo ad reputationem
hominum. In tali enim si conscientia diceret sibi
probabiliter quod ex suo mendacio sequetur scan/
dalum: tunc mendacium est mortale peccatum:
secus tamen si sit perfectus non tamen opini/
one hominum: licet enim tali sit grauius pecca
tum quam in homine imperfecto: non tamen est mor/
tale: quia non subiacet scandalum: et sic in
telligi potest quod dicit Augu. sup illud ps. v. Per
des omnes qui loquuntur mendacium: et po
nitur. xxij. q. ij. c. ne quis: si quis inquit forte
non velit ad istam visibilem mortem homi
nem perdere: paratus esse debet verum occul/
tare non falsum dicere: vt neque perdat neque
mentiatur: neque occidat animam suam pro cor/
pore alterius: et item dicit li. de mendacio: quod
perfectorum est preceptum: non tantum non menti
ri sed nec velle mentiri. Sed de hoc latius
B videbitur in sermone sequenti. Secundo ve/
ro queri potest quot modis mendacium offici/
osum committi potest quibus alleuiatur eius pec/
catum. Ad hoc dicendum quod principaliter qua/
tuor modis a contrario sensu: sicut enim qua/
tuor modis committitur mendacium in alteri
us detrimentum: sic econtra quattuor modis
committitur in alterius commodum et nullius
detrimentum. Primo modo committitur in fa/
uorem christiane religionis et salutis anima/
rum: de quo dicit Augu. xxij. q. ij. in c. primum
circa fi. quod ad sempiternam salutem nullus de
ducendus est opitulante mendacio: vbi querit
glo. sed qualiter potest aliquis ad eternam sa/
lutem duci per peccatum: et respondet quod indire/
cte: vt si monachus dicat regulam suam esse dul
cem: et per tale mendacium lucretur aliquem chri/
sto: et est simile. j. q. ij. c. quam pio. xlv. di. c. de iu
deis. Si igitur queritur an liceat alicui dicere men
dacium vt ad fidem vel religionem alliciat pro
ximum. Respondet Bonauen. quod non: quia deus nostro
mendacio non indiget: neque debet aliquis cre/
dere quod aliquis conuertatur per falsam suggestionem:
sed potius per spiritussancti inspirationem: quia vt
dicit Grego. Innanum laborat lingua do
ctoris nisi intus operetur gratia saluatoris: ve
rumtamen cum non potest aliquis pro causa maio/
ri mentiri quam pro conseruatione spiritualis boni vel
annexi bono spirituali: ideo mendacium illud
est leuissimum quod fit pro conseruatione vel
augmento fidei vel christiane religionis aut
spiritualis profectus: tale mendacium dixisse le/
gitur Rachel que cum Jacob viro suo clam
fugiens: vt habetur Gen. xxxj. Furata est ido/
la patris sui: non tamen ad colendum sed ad
subtrahendum a patre occasionem idolatrie:
et sic non fecit furtum proprie loquendo: cum/
que laban insecutus conquereretur de sublati/
one deorum suorum: et Jacob respondisset apud
quemcunque inueneris deos tuos necetur coram
fratribus suis: nesciens quod Rachel esset fu
rata patris idola. Intrauit Laban ad que
rendum ea: festinansque Rachel abscondit ea
subter stramenta. id est sellam cameli et sedit
desuper: propinquantique patri ait: Ne irascatur
dominus meus quod coram te assurgere nequeo: quia
iuxta consuetudinem feminarum nunc acci
dit mihi: et hoc mendacio delusit eum ne in/
ueniret idola sua: vt vel sic conuerteretur ad
deum verum. Similiter et Jehu zelo religio
nis dei postquam percussit omnes de domo Ach/
ab et etiam notos eius: qui scilicet suspecti erant
ne sibi fauerent et suis: iuxta beneplacitum
dei secundum quod habetur. iiij. Reg. x. vt etiam omnes
prophetas Baal simul interficeret vsus est
tali mendacio: nam interfecto Joram rege
israel qui fouebat eos: multi ex eis fugerant
et se absconderant: quos Jehu congregare
volens simulabat se Baal velle colere et eius
sacerdotes honorare: congregauit enim popu
lum samarie: et ait in dolo. Ampliare volo
cultum Baal: vocate prophetas eius et sacer/
dotes: quicunque defuerit non viuet sacrifi
cium enim grande est mihi Baal: et venerunt
omnes serui Baal nec vnus defuit: imple
taque est domus Baal: cumque diligenter per/ A
scrutatus esset ne quis eorum deesset vel ali/
quis ex alijs interesset: iussit omnes inter/
fici: Baalque et domum eius destruit: et fecerunt
pro ea latrinas in detestationem idolatrie et
vt communitati deseruiret in tali necessitate.
Ceterum quidam dicere conantur etiam Abra/
am incidisse tale mendacium: cum iturus ad
montem in quo putabat se Isaac imolatu
rum: dixit ad pueros suos: expectate hic cum
asino: ego et puer illuc vsque properantes post
quam adorauerimus reuertemur ad vos: hoc
enim dixit ne impedirent eius obedientiam
perficiendam si presentes essent: vnde dicunt
quod Abraam non intendebat quod Isaac cum eo re
uerteretur: quia disposuit eum omnino propter
obedientiam imolare: licet pueris de reuersi
one dicebat. Sed non videtur verisimile quod
tantus propheta et tam singularis patriarcha
in tam perfectissimi operis obedientia consti/
tutus vel minimum mendacium protulerit. Et
ideo dicendum quod ex quo deus Abrae iam pro
miserat supra. xvij. c. quod de Isaac reges exi

tentar: & xxi. c. dixerat: In Isaac vocabit tibi semen: ideo firmiter tenebat verbum dei esse verum: & ex hoc Abraam immolare volens Isaac: firmiter credidit q ipsum immolatum a mortuis deus suscitaret & in eo suum promissum compleret. Et hoc est quod dicit apostol9 Heb. xi. Fide obtulit Abraam Isaac cum tentaret vt vnigenitum offerret in quo susceperat pmissiões: ad quem dictum est in Isaac vocabitur tibi semen arbitrans q a morte suscitare potens ē deus: vel vt dicit Am. in li. de patriarchis: & ponit. xxii. q. ii. c. prophetauit scz Abraam qd ignorabat: ipse sol9 redire disponebat imolato filio sed dns p eū locutus ē qd parabat: captiose autē: id est caute loqbat cū seruulis ne cognito negocio aut impediret eū aliqs aut gemitu obstreperet aut fletu. Hosla querit ibidē: nūquid volūtas Abrae fuit ptraria volūtati dei. Respōdet q nō: sed ipsa volūta fuerūt cōtraria: Abraā enī filium volebat interficere: & deus hoc ipm nolebat scz q interficeret: sed volebat Abraā filium suum velle interficere: & sic erat eadē volūtas. Secundo modo cōmitti pōt officiosum mēdacium ob cōseruationē fame vel charitatis mutue: q duo sunt homini maxie ad vitā psentem deducendā & vitā eternā pmerēdam necessaria: dr: enī Prouer. xxii. Melius est nomē bonū q diuitie multe sup aurum & argentū gra bona. Et itez Ecce. vii Meli9 ē nomen bonū q vnguenta pciosa. Et Eccl. xli. Curā habe de bono nomine: hoc enī magis pmanebit tibi q mille thesauri magni & pciosi. Sic de charitate dicitur Prouer. x. Uniuersa delicta opit charitas. Et apostol9. i. Cor. xiii. Si linguis hoim loquar & angelorū & cetera mlta que psequit ibidē de charitate sine qua nihil sumus vtrūq aūt qdam discipul9 in vitas patrū officioso mendacio pseruare studuit scz famā bonam in abbate pprio: & charitatē in alio quē abbas expelli iussit a cella sibi pcessa: motus inuidia vt lati9 patz ibidem: vnde ad pseruationē bone fame. Eleazar9 vn9 de excellentiorib9 scribarū in sciētia: virtute & fama pelegit mortē subire ne pateret aliquod detrimentū fame: cuz enī vt dicit. ii. Mach. vi. Per violentiam carnis. cum compelleret carnem porcinā mā ducare nec ille pp̄ter mādatum dei vellet acqescere: tunc iniqua miseratione cōmoti obtulerūt ei carnes licitas ad edēdū. vt sic simularet manducasse sicut rex imperauerat & sic infamia notaret dereliquisse scz legem dei: vnde in tali casu non erat licitum edere carnes alias licitas eo q i tali fictione erat falsitas & mendaciū fictio et aliorum seductio: que considerās Eleazarus cito respondit se permitti velle ad infernū id est potius omnem sustinere penam q facere talem fictionem: non inquit etati nostre dignum est fingere vt multi adolescētium arbitrantes Eleazar nonaginta annorū trāsisse ad vitā alienigenarū & ipsi pp̄ meā simulationē & pp̄ter modicū corruptibilis vite tps decipiāt: & pp̄ter hoc maculam scz infamie corā hoib9 et execrationem scz corā deo & angelis ei9 mee senectuti cōquirā & his dictis crudeli morte mulctat9 est: vt etiā adolescētib9 exemplum forte relinqueret. Tertio mō cōmittit aliqū mēdaciū officiosū p pseruatiōe violentie corporalis: & h dupliciter. Primo vt pseruet a corporali corruptiōe: & h mēdacium ponit Aug. i dicto. c. pmū eē octauū gen9 mēdacii qd & nulli obest: & ad h pdest vt ab imūdicia corpali aliquam tueat. Sup hoc querit pōt vtrum aliqua sibi videns iminere periculum amittendi castitatē licebit ei mentiri pp̄ter hoc periculum euitandū. Ad h dicendum fm Alex. an. & Bonauen. q ille qui est in tali periculo pstitutus si ē pfect9 amator cōtinentie sic q potest cōfidere de ptinentia mētis: tūc mentiri non debet p vitanda corruptione carnis: quia sicut dixit beata Lucia: Si me inuitā violauerīs castitas mihi duplicabit ad coronam: i tali enī eē posset passio illa sine culpa. Si aūt ē imperfectus tūc rōnabiliter timere debet q succūberet si ad statū illū veniret: & ideo ei pcedit euadere periculū maioris peccati p min9 pctm. Ut sanī9 est illi falsū aliqd dicere q illā passionē sustinere. Et hoc est quod dicit Augu. lib. de mendacio: q illa peccata que ita cōmittunt in hoie vt eū faciant imundū: & in peccatis nris vitare debem9: ac p h nec peccata dicēda sūt: qr ideo fiunt vt imundicia caueat: qd itelligi dz nō q nō sint peccata simpliciter: h q non sūt grauia. Et sicut dictū est de viro imperfecto respectu sui: sic etiā dicendum ē de viro imperfecto respectu alteri9 imperfecti fm Bonauē. Scdo vero vt pseruet a corpali lesione: & hoc mendaciū ponit Augu. esse septimum in dicto. c. primū vbi dicit septimum genus mendacii est quod & nulli ob-

est et prodest alicui: velut si nolēs hominē
ad mortem q̄situm ꝓdere mentiat̄. Unde
si queritur utrum liceat alicui mentiri pro
cōseruanda alterius vita. Respōdet Pe.
ꝙ non: nec etiam imperfecto: licitum est enī
imperfecto veritatem occultare sed non falsi
tatem dicere fm Augu. xxij. q. ij. c. si quis
ad te confugerit qui de mendacio tuo pos
sit a morte liberari: non es mētiturus: os
enī quod mentit̄ occidit animā: cum ergo
mendacio vita eterna amittit̄ nunq̄ꝫ post
cuiusq̄ꝫ vita corporali mentiendū est: et ibi
c. faciat homo: et c. omne genus. Ex his patꝫ
ꝙ etiam imperfectus de quesito ad mortē
aut debet celare veritatem sic ꝙ nō ꝓmat
falsitatem: querens scꝫ sophistice seu figu
ratiue deludendo vel oīno tacendo vel ex
presse: se non indicaturū asserendo: sed non
debet falsum dicere. Qz si ex eo ꝙ nō men
titur iacturam accipiunt: non tamē ipē ꝑ
dit. Hoc autem mendacium inciderūt ob
stetrices Exo. j. de quibus doctores diuer
simode loquūtur: nam quidaꝫ dicunt eas
in illo mendacio mortaliter peccasse ex eo
ꝙ ꝓcessit earum mendaciū ex amore libi
dinoso vite sue: quaꝫ magis diligebant q̄ꝫ
ipsam veritatem: que tamen erat eo tēpore
cōfitenda quādo fuerunt interrogate a iu
dice: et hoc in iudicio: et hoc videt̄ velle glo.
Bar. bar. in. c. si quelibet. xxij. q. ij. vbi di
cit: ex hoc loco videtur ꝙ iste mulieres q̄
mentite fuerant ꝓ salute alterius peccaue
runt mortaliter: qz ꝓ veniali peccato nul
lus priuat̄ eterna salute. Augu. tamen di
cit eas venialiter peccasse: sꝫ vt patet in glo
sa Grego. sup Exo. vnde sumptuꝫ est illud
c. iste mulieres bis fuerūt mentite: pmo ꝓ
mittendo Pharaoni ꝙ omnes masculos
interficerent: sed tūc habebant in ꝓposito
ꝙ non interficerent: illud peccatū fuit ve
niale: quia fuit ꝓ vita illorꝫ cōseruanda: et
de illo loquit̄ Augu. postea vbo pueris re
seruatis cū redarguerent̄ a pharaone fūt
mentite cum dicebant hebreorū mulieres
habere scientiam obstetricādi et tūc nō fue
runt mētite ꝓ vita puerorꝫ: quia illi iam
erant seruati: sed ꝓ vita ꝓpria ne interfice
rent̄: et hoc mendaciū fuit mortale: et ꝓpt̄
hoc dānate fuerunt: sꝫ ille modus dicendi
fm Bonauē. est calūniabilis: quia durꝫ vi
detur dicere ꝙ aliquis mendaciū aliquod
leue dicēs ꝓ salute corpis sui mortalit̄ pec
cet: dicit etiaꝫ de eis Tho. scda. 2e. q. cx. et
Alex. in. iij. sūme: et Richar. in. iij. d. quib⁹
gra breuitatis supsedeo. Preterea si obijci
tur de Abraā qui timore mortis dixit vxo
rem suā Sarā esse sororē suaꝫ vt patꝫ Gen.
xx. Ad hoc rñdet Augu. in q̄stionib⁹ gene
seos: et ponit. xxij. q. ij. c. querit̄: ꝙ Abraā
veritatē voluit celari nō mendaciū dici: so
ror enī dicit̄: qz filia fratris erat: vñ ipē di
xit Gen. xx. Uere soror mea est filia patris
mei et nō mrīs mee. Et Ysaac Gen. xxvj. di
xit de Rebecca vxore sua ꝙ soror ei⁹ eēt qz
fuit ei⁹ soror et vxor. Quarto mō cōmit
tit̄ mendaciū officiosum ꝓ cōseruatiōe vel
adeptione reꝝ tpaliū nulli tñ iniuriā faciē
do: et hoc ponit Augu. esse sextū gen⁹ men
dacij in dicto. c. primū: qḋ et nulli obest et
alicui ꝓdest: velut si q̄spiam pecuniaꝫ ali
cuius iniuste tollēdā sciens vbi sit se nesci
re mētiat̄: glosa sup vbo iniuste: sec⁹ si iu
ste: vt si fieret auctē iudicis: et sic mēdaciū
istud fit ad euitandū iniustū damnū si de
bet euadere mortalē culpā: et idem ē cū fit
mendaciū ad adipiscendū iniustum lucrū
vel cōmodū. Si tñ fieret ad euitādū iustū
damnū vel adipiscendū iustū cōmodū vel
lucrū tūc nō euaderet mortalē culpā: tunc
enī fieret pniciosū sicut actū legit̄ Act. v.
in anania et saphyra vxore sua qui fraudā
tes de p̄cio agri et ob hoc mendaciū dicen
tes mortaliter peccauerūt: vñ ad vocē Pe
tri subita morte mulctati sunt. Hic querit̄
pōt vtrꝫ virgines dicentes se meretrices et
p hoc ingrediētes monasteriū institutū so
lum ad recipiendū meretrices penitentes
et non alias: pñt ibidē remanere. Ad hoc
rñdet Jo. an. in. c. j. de reli. do. li. vj. in no
uella: ꝙ talis receptio nō tenet nec ibi sal
uari pñt fraude durāte q̄ reuelata debent
expelli: vt de leg. c. cū dilecti. Nā vt dicit̄
xxiij. q. v. in. c. notificasti: omi homini ad
monachicā vitā tendenti legaliter iuste et
sancte pagendū ē: et ideo q̄cunq̄ religionē
intrauerit et req̄sit⁹ vel nō req̄sit⁹ aliqḋ mē
dacium ꝓtulerit: cui⁹ veritati cognita fm
laudabilē ordinis institutiōeꝫ a receptiōe
refutādus eēt: tūc mortaliter peccat qz ta
lia falsa negare vel affirmare mēdaciū per
niciosū est cōtra ꝑfectū religionis: vnde ꝑ
virgines sic ingressas occupāt̄ loca mona
sterij ad numeꝝ quo plures non pñt absq̄
penuria sustētari: et sic auferr̄ ingrediendi
facultas meretricib⁹ penitere volentibus:
cum ipaꝝ receptio nō teneret: vt patꝫ in di
cto. c. j. §. j. et sic remanerent in pctō et fieret
cō mentē instituentis. Ad laudē dei.

Utrū omne mēdaciū sit peccatū ac etiā mortale in viris pfectis ⁊ ꝙ mēdaciū iocosum q̄ttuor modis cōmittit᷑: Sermo IX

Non loqueris contra
a primū tuū falsum testimoniū Exod.xx. Tertio loco recte vidēdum est de tertio genere mendacioꝝ quod dicit᷑ mendaciū iocosum: qđ etiā ab Aug. vocat᷑ merū mendaciū: vt patet.xxij.q.ij.in.c.primū. vbi subdit: ꝙ quoddā mendacium fit sola intentiōe mentiēdi: fallendiq; libidine: qđ est merū mendaciū: q2 nō aggrauat᷑ ꝓpter intentionē nocendi: nec minuit᷑ ꝓpter intentionē ꝓdessendi.
b Et si queritur cur deus hec duo precepta addidit que prohibent affectū: cū & in predictis preceptis implicite data sunt: respōdetur que prohibent manum et affectum. Ad hoc dicendum scd̄m Alexandrū an. in. iij. suo: q[uod] aliquando contingit peccatum esse in voluntate non sequente opere: ne ergo quis crederet esse peccatum tm̄: cum opus coniungitur voluntati: ideo seperatim p[ro]hibuit malam voluntatem. Nihilominus tamen cum opus voluntatez sequitur: tūc voluntas & opus exterius si considerent[ur] in radice scilicet libidine & intentione sunt idem peccatum: si vero consideretur volūtas in se & opus in se: tunc alie sunt circumstantie boni debite actui exteriori q̄ volūtati: quia diuersificatur modus: locus: tēpus & quedam alie circumstantie: licet circumstantia finis sit eadem. Ut ergo rudibus daretur intelligi q[uod] sola praua voluntas sine opere comitante vel consequente peccatum esset: ideo de voluntate specialia dedit mandata. Dicit etiaz Richardus in iiij. di. xxx. q[uod] concupiscentia vxoris dupliciter considerari potest. Aut inq̄tū ex ipsa causatur exterior actus mechandi: & sic eadem prohibitione prohibentur cum exteriori actu: aut inq̄tum ex ipsa non sequitur actus exterior: sicut quando concupiscens impeditur ne perpetrare possit factum exterius: & ne putari posset talis concupiscētia culpa non esse: ideo prohibetur in isto precepto: quando non sequitur actus exterior: propter aliquod īpedimentum: sicut in tertio precepto secunde tabule prohibetur simul actus mechandi & inordinata concupiscentia interior: a qua progreditur actus ille: & accipitur hic concupiscentia non p[ro] passione appetitus sensitiui: sed pro deliberatiua voluntate mechandi. Et eodem modo dici potest de prohibitione furti & de cōcupiscentia possessionis proximi: ac per cōsequens de transgressione actuali aliorum p[re]ceptorum et de concupiscentia eorum. In his etiam duobus scilicet in mechia & cupiditate magis prohibet seorsum voluntatem et opus q̄ in alijs: quia delectatio mechie & vtilitas diuitiarum sunt propter se magis delectabilia: inq̄tum habent rationem delectabilis vel vtilis: & ideo debuit in eis opus & concupiscētia prohiberi. Unde & propter improbitatem libidinis tales concupiscentie citius progrediuntur in exterius opus: nimirum cum ad hanc duplicem concupiscentiam natura corrupta maxime inclinet. Nam ad concupiscentiā oculorum inclinat propter sui conseruationez in esse indiuidui: & ad concupiscentiaz carnis inclinat propter sui conseruationem in esse speciei. Insuper hec duplex concupiscētia prohibetur propter tria damna que facit in homine. Primum est q[uod] animam detestabiliter inficit et maculat: quia concupiscentia carnis est sicut aqua fluens: concupiscentia oculorum sicut terra propt[er] ariditatem terrene affectionis: & ideo sicut ex terra & aqua fit lutum naturale: sic ex hac duplici concupiscentia fit lutum spirituale quo sordidatur anima: ac per cōsequēs despicabilis & fetida redditur in conspectu dei ad modū vilissimi luti. Secundū est q[uod] ad modū ignis extinguibilis animā inflāmat: de quo Job. xxxj. Ignis ē vsq[ue] ad cōsummationem deuorans: ac per cōsequēs animam incinerat: anime bona spiritualia ad nihilum redigens: & tunc superuenit soror et[iam] tertia scilicet superbia vite: que ad modum venti sufflat & in cinerem redactā ad modū pulueris vsq[ue]quaq[ue] dispergit. Sicut i[n] psalmo. j. dicitur de impio. Et ipse tanq̄ puluis quem proijcit ventus a facie terre. Tertiuz est q[uod] vtraq[ue] concupiscentia tanq̄ insatiabilis animam semper cruciat: vnde dicitur prouerbio[rum]. xxx. He sunt due filie sanguisuge clamantes affer affer. Nā oculorum concupiscentia dicit affer diuitias: carnis vero concupiscentia dicit affer delitias: & appetitus vtriusq[ue] insatiabilis est.

Preterea si queritur vtrum hec duo precepta de non concupiscendo malum sint precepta legis naturalis. Ad hoc respondet Alexā. li. j. ti. xliij. q[uod] sic: q[uia] sicut in corde nr̄o scriptū est q[uod] nō est faciendū malum sic etiā in eo scriptū est q[uod] malū nō est cōcu

piscendum. Nec obstat illud qđ põit Ro.
vij. Concupiscentiã nesciebaʒ nisi lex dice/
ret: Nõ cõcupisces: quia apostolus loqtur
in psona eoꝝ in quibus lex naturalis erat
intantũ obscurata q̇ nesciebant vtrũ con/
cupiscentia erat peccatũ. Et q̃tum ad hos
dicit glosa: nesciebã peccatũ esse. In aliq̇/
bus autẽ non erat ita obtenebrata quin be
ne scirent esse peccatũ sed nõ tã graue: ꝛ q̃
tum ad hos dicit glosa vel tã graue. Et sic
non est simpliciter verũ illud quod legitur
Lex cohibet manũ nõ animũ: licet scđʒ q̇d
verũ est: quapropter euãgeliũ a lege sup/
abundat. Naʒ lex actũ cordis prohibet in
istis preceptis: ne iudei rudes ꝛ carnales
putarent ipm esse concessum. Sed in duo/
bus supabũdat euangeliũ. Primo in ge/
neralitate prohibẽdi: quia Matth. v. pbi/
betur actus cordis inordinat⁹ scđʒ vim ira
scibilẽ ꝛ cõcupiscibilẽ: in lege vero tm̃ scđʒ
vim cõcupiscibilẽ. Secũdo sup abũdat in
expressiõe: quia in lege nõ prohibet̃ nisi af
fectiõis inordinatio: cũ dicit̃ nõ cõcupisces
in euãgelio vero pbibet̃ etiã intẽtio cogi/
tatiõis. Matth. v. vbi dicit̃. Si viderit mu
lierẽ ad cõcupiscendũ eã ꝛc. i. si oculum ha
beas intẽtionis in mulierẽ cogitãdo vt cõ/
cupiscas eã iã mechatus es ꝛc. Cõcordat
Alex. ĩ gl. in. iij. Et scđm eosdẽ in his duo
bus preceptis prohibetur concupiscẽtia ge
neralis: quia omne concupitum est extra.
Aut igitur est nobiscum cõmunicãs: ꝛ sic
intelligitur per vxorem scđm modũ deca/
logi per synodochen a parte totum. Vł nõ
est nobiscũ cõmunicans: ꝛ sic intelligit̃ p
rem proximi. Et ideo de generali cõcupiscẽ/
tia prosequi cupientes: originem ꝛ progres
sum illius breui stilo ꝯstrĩgamus. Sed qz
in magis appetibilibus scđm animã corru
ptã hec potissime relucent: ideo de carnali
bus sumamus exemplũ. Dicit eñ Greg. in
moralibus q̇ ex quo luxuria semel mentẽ
occupauerit: vix eã bona desideria cogita
re pmittit. Et rationẽ addit dicẽs: Sũt eñ
viscosa desideria: qz ex suggestiõe oritur co
gitatio: ex cogitatiõe affectio: ex affectiõe
delectatio: ex delectatiõe ꝯsensus: ex ꝯsen
su opatio: ex operatione cõsuetudo: ex con
suetudĩe desperatio: ex desperatiõe pecca/
ti defensio: ex defensiõe gloriatio: ꝛ ex glo/
riatiõe damnatio. Ex qua auctoritate pat3
q̇ Grego. suggestionẽ põit tanq̃ originẽ et
initiũ in pgressu vitioꝝ. Preterea lʒ scđʒ eũ
dẽ Grego. triplex ẽ spũs q̇ talẽ suggestiõeʒ
ingerit: q̇s inq̇t spũs sit q̇ loquat̃ ipa sugge
stio declarabit. Spũs eñ naturalis vł sen
sualis mollia ꝛ voluptuosa: spũs mũdi va
na: spũs diaboli vł malicie amara loquit̃:
tñ om̃es tentatiões hmõi diabolo nõ ime/
rito ascribunt̃: cuius pprĩũ officiũ est ten/
tare. Pro quo nota scđm Thom. in. ij. q̇
diabolus solus tentare dicit̃ rõne triplici. B
Primo ratiõe inceptiõis: nã ipe primo tẽ/
tauit hominẽ: ex qua tẽptatione parata est
alijs tentationis via. Secũdo ratione intẽ
tiõis: qz soli diabolo ꝛ mẽbris ei⁹ ꝯuenit i/
pugnare virtutẽ cũ intẽtiõe occidẽdi homi/
nẽ p peccatũ: hoc enĩ caro nõ intendit: sed
frui cognito delectabili. Tertio rõne coo/
peratiõis: nã ipse diabolus vtit̃ rebus mũ
di ꝛ carne: sicut instrumẽtis ad tentanduʒ
hominẽ. Unde Bern. in quodã s̃mone di
cit q̇ demonũ est mala suggerere: nostrum
est nõ cõsentire: quotiẽs eis resistimus to/
tiẽs eos superamus: angelos glorificam⁹:
deum honoram⁹: qui incitat vt pugnem⁹:
adiuuat vt vincamus: cõciliat ne deficia/
mus: hec ille. Et licʒ etiã ipugnamur a car
ne: tamẽ vt dicit Ambro. sup Lucã: anima
nunq̃ a corpore vinceret̃ nisi prius a dia/
bolo teneret̃. Et infra. Sine pmissione dei
diabolũ nocere nõ posse cognoscas: ne po/
tentiã diaboli magis timeas q̃ diuinitat⁹
offensam. Fidelis aũt deus s̃m aplum q̇ nõ
patiet̃ vos tentari sup id quod potestis. s.
sustinere: sed faciet etiam cũ tentatione p/
uentum. Dicit insuper Isidorus li. iij de sũ
mo bono: q̇ quando diabol⁹ decipere quẽ
q̃ querit prius naturam vniuscuiusq̃ intẽ
dit: deinde applicat vnde aptum hominem
ad peccandum inspexerit. Et ideo diabol⁹
vilissimo lenoni conuenientẽr assimilari po
test. Nam leno vel adulter vilissim⁹ ad de/
cipiendũ mulierem quamcunq̃ sicut illam
subdolis adinuentionibus ꝛ blãdicijs ag/
greditur vt ad consensum alliciat: sic etiaʒ
diabolus velut adult̃ libidinosus animaʒ
primo per suggestiones alloquitur ꝛ falla
citer blanditur. Sicut Sichem blandicijs
deliniuit Dinã filiã Jacob vt legitur Ge/
nes. xxxiiij. que tristis erat: quia corrupta
fuit. Sic diabolus propter casum in cõsci/
entia contristatus falsis sponsionibus de/
mulcet promittens longam vitam: futurã
penitentiam diuinam misericordiam ꝛ fi/
nem felicem. Sed multũ cauendus est ser/
pens iste lubricus et versipellis: vtpote de
quo dicit Isidorus libro. iij. de sum. bono.

Diabolus serpens est lubricus: cui⁹ si capi-
ti .i. prime suggestioni non resistit: tot⁹ in-
terna cordis dū nō sentit illabitur. Hic q̄-
ri potest vtrū diabol⁹ pōt inducere homi-
nem ad peccandū interius instigando: ꝙ p̄-
sertim cum interiores motus anime sūt q̄-
dā opera vite: sed nullū opus vite potest
esse nisi ab intrinseco p̄ncipio: nec etiā op⁹
anime vegetabilis qđ est infimū inter ope-
ra vite. Ad hoc dicēdū f̄m Tho. p̄ma. 2ᵉ.
q. lxxx. q̄ interior ps anime est intellectiua
et sensitiua. Intellectiua autē cōtinet intel-
lectū et voluntatē. Intellectus igit̄ ꝑ se q̄-
dem mouet̄ ab aliquo ipsum illuminante
ad cognitionē veritatis: quod diabol⁹ cir-
ca hominē nō intendit sed magis rationē
ipsius obtenebrat ad ↄsentiēdū pctō. Que
q̄dem obtenebratio ꝓuenit ex fātasia et ap-
petitu sensitiuo: vnde tota interior opera-
tio diaboli videt̄ esse circa fantasiā et appe-
titū sensitiuū: quorū vtrūq̄ cōmouēdo po-
test ad peccatū inducere: q: potest operari
ad hoc ꝙ imaginatiue alique forme imagi-
narie presētent̄. Sed quo modo grā breui-
tatis supsedeo. Potest etiā facere appeti-
tus sensitiuus ↄcitetur ad aliquā passionē
Nimir cum dicat ph̄us in libro de somno
et vigilia ꝙ amantes modica similitudine
in apprehensione rei amate mouentur. Cō-
tingit insuper ꝙ passiōe concitata id quod
imaginatiue proponitur iudicetur esse ꝓse-
quendum: quia ei qui detinetur a passione
videtur esse bonū ad quod per passionē in-
clinatur: et per hunc modū diabolus inte-
rius inducit ad peccandū. Unde licet ope-
ra vite semper sint ab aliquo principio in-
trinseco: tamē ad ea potest etiā cooperari
aliqđ aliud exterius agēs. Sicut etiam ad
opera anime vegetabilis calor exterior co-
operat̄ vt facilius cib⁹ digerat̄. Pro q̄ no-
ta ꝙ voluntas est ꝓpriū principiū act⁹ pec-
cati: quia omne peccatum est voluntariū.
Que scꝫ voluntas a duobus moueri pōt.
Primo ab eo qđ interius inclinat volūta-
tē ad volēdū: et hoc nō est nisi voluntas vł
ip̄e deus: deus autē non potest esse cā pec-
cati: relinquitur ergo ꝙ ex parte sola volū-
tas hominis sit directe causa peccati eius.
Secūdo mō ab obiecto: sicut dicit̄ appetibi-
le apprehēsum mouet appetitū: et obiecta
mouent potentias. Et ex hac parte pōt in-
telligi ꝙ aliquid voluntatē moueat tripli-
citer. Uno modo ipsum obiectum proposi-
tum: sicut dicimus ꝙ cibus excitat desyde-
rium hominis ad cōmedēdū: et illo modo
res sensibiles exterius apparētes mouent
voluntatē hominis ad peccandū. Secun-
do modo ille qui ꝓponit vł hmōi offert ob-
iectū: vt homo vł diabolus. Tertio modo
ille qui ꝑsuadet obiectū ꝓpositum homini
tanq̄ bonū vtile: delectabile vel honestū et
talis etiā aliqualiter ꝓponit ꝓpriū obiectū
voluntati: qđ est rōnis bonū verū vł appa-
rens. Et his duobus modis hō vł diabol⁹
incitare potest ad peccandū offerēdo scili-
cet sensui aliqđ appetibile vł ꝑsuadēdo ra-
tioni. Uerūtamē nullo istoꝝ triū modorū
potest aliq̄s directe eē causa peccati: q: vo-
luntas nō est ex necessitate mouet̄ ab aliq̄
obiecto nisi ab vltimo fine. Ex quib⁹ ↄclu-
dit̄ ꝙ diabolus nō potest esse directe et suf-
ficient̄ causa peccati sed solū per modū ꝑ-
suadentis vel appetibile ꝓponentis: volū-
tas autē humana directe est causa peccati.
Et si obijcitur ꝙ diabolus inferre pōt ne-
cessitatē ad peccandum: q: dicit̄ de eo Job
xlj. ꝙ non est potestas sup terrā que vale-
at ei cōparari. Ad hoc dicendū ꝙ diabol⁹
ꝓpria virtute nisi refrenet̄ a deo: potest q̄-
dem aliquē ex necessitate inducere ad faci-
endū aliquē actū qui de suo genere est pec-
catū: hoc est potest aliquē inducere in actū
peccati: nō tamē pōt inducere necessitatem
peccandi: qđ patet ex hoc: q: homo non re-
sistit motiuo ad peccandū nisi per rationē
cuius vsū diabolus nisi refrenet̄ a deo to-
taliter impedire pōt mouēdo imaginatio-
nē et appetitū sensitiuū: sicut patet in arre-
ptitijs: sed tūc rōne sic ligata q̄cquid homo
agit nō imputet̄ ad peccatū: sed si ratio nō
sit totaliter ligata: ex ea pte q̄ ē libera pec-
cato resistere pōt. Uñ nulla ptās mala: ho-
mine mouere pōt volūtatē homīs nisi sol⁹
deus: alioq̄n frustra diceret̄ .i. Pe. vl. Ad-
uersarius vester diabol⁹ tanq̄ leo rugiens
circūit querēs quē deuoret cui resistite for-
tes in fide. Nec deniq̄ oīa peccata hoim
ex suggestione diabolica sunt. Dicit̄ enim
in lib. de ecclesiasticis dogmatibus: ꝙ ñ om-
nes cogitatiōes nr̄e male a diabolo excitā-
tur ſ aliq̄n ē ex nr̄i arbitrij motu emergūt:
et h̄ ꝓbat Origenes ex h̄: q: etiā si diabol⁹
nō eēt homies appetitū haberēt cibi et ve-
nereoꝝ ac siliū: q̄ possꝫ inordinat⁹ eē nisi ra-
tione ordiaret̄ qđ subiacet libero arbitrio
Hinc lꝫ Dyo. dicat. iiij. c. de di. no. ꝙ multi-
tudo demonū causa est omnium malorum
et sibi et alijs: h̄ tamen intelligitur occasio-

naliter ꝛ indirecte: inq̄tū induxit primum hominē ad peccandū: ex cuius peccato intantū viciata est humana natura ꝙ oēs sumus ad peccandū ꝓcliues. Secūdo queri potest vtrū fuerit cōueniēs ꝙ hō tentaretur a diabolo: ꝑsertim cū eadē pena finalr̄ debeatur peccato angeli ꝛ petō hominis: ꝫ illō Matth. xxv. Ite maledicti in ignē eternum qui parat⁹ est diabolo ꝛ angelis ei⁹: sed primū peccatū angeli nō fuit ex aliq̄ tētatione exteriori: ḡ nec primū peccatū hominis esse debuit ex aliq̄ tentatiōe exteriori. Deus insup futurū presciebat ꝙ hō ꝑ tētationē demonis in peccatū deijceretur: ꝛ sic bene sciebat ꝙ homini nō expediebat ꝙ tētaretur. Ad h̄ dicendū scḋm Tho. scḋa. 2e. q. clxv. ꝙ diuina sapientia disponit omnia suauiter: vt dicit Sap. viij. inq̄tū scꝫ sua ꝓuidentia singulis attribuit q̄ eis cōpetunt ꝭm suā naturā: qꝛ vt dicit Dyonisius. iiij. c. de diuinis nominib⁹. Prouidentie diuine nō est naturā corrūpere sꝫ saluare. Hoc autē pertinet ad ꝯditionē humane nature vt ab alijs creaturis iuuari vl̄ īpediri possit: vnde cōueniēs fuit ꝙ de⁹ hominē ī statu innocētie tentari ꝑmitteret ꝑ āgelos malos ꝛ iuuari facere ꝑ bonos. Ex speciali autem beneficio grē h̄ erat ei collatū: vt nulla creatura exterior ei nocere possꝫ ꝯtra ꝓpriā volūtatē ꝑ quā etiā tētatiōi demonis resistere poterat. Sicut ḡ de⁹ sciebat ꝙ hō ꝑ tentationē in peccatū esset deijciēdus: sic etiā sciebat ꝙ ꝑ liberꝫ ar. tentationi resistere poterat. Sed hoc requirebat cōditio nature ipsius vt ꝓprie voluntati relinqueretur: ꝭm illud Eccl. xv. Deus reliq̄t hominē in manu ꝯsilij sui: vt. s. ad q̄cūqꝫ vellet se verteret: nec sine merito celeste regnū acq̄reret. Vñ Greg. li. iiij. moral. Ad h̄ hō positus erat in paradiso vt si se ad cōditorē sui obedientiā vinclis charitatis astringeret ad celestē angeloꝝ patriā q̄qꝫ sine carnis morte trāsiret. Aliodq̄n vt dicit Aug⁹. xj. sup Geñ. ad litteram. Nō mihi videtur magne laudis futurū fuisse hominē: si ꝓpterea bene posset viuere: qꝛ nemo male viuere suaderet: cū ꝛ in natura posse: ꝛ in ptāte haberet velle nō ꝯsentire suadēti. Cū igitur ꝯueniens erat ꝙ hō tentaretur a diabolo: ac hō ꝯstitut⁹ dinoscitur vl̄ cōposit⁹ ex duplici natura. s. itellectiua ꝛ sensitiua: ideo diabol⁹ in tentatiōe homīs vsus est incitamēto ad peccandū dupliciter. Uno modo ex pte intellect⁹ inq̄tū ꝓmisit diuinitatis silitudinē ꝑ sciētie adeptionem quā hō naturaliter desiderat. Alio modo ex pte sēsus: ꝛ sic est vsus his sensibilib⁹ rebus q̄ maximā habēt affinitatem ad hominē: ptim quidē in eadem specie tētans viruꝫ per mulierē: ptim vero in eodē genere tētans mulierē ꝑ serpenteꝫ ptim etiam ex genere ꝓpinquo ꝓponēs ligni vetiti pomū ad edēdū. Uerūtamē hoc interest inter primos parentes in statu innocentie: ꝛ nos: qꝛ diabolus minimū habuit potestatis in hominem ante peccatū originale: ideo ꝑ solā suggestionē exteriorē tētauit eū qua. s. immutatur sola exterior creatura. Nec potuit ipm ante lapsū interiori suggestione tentare qꝛ suggestio qua spiritualiter diabol⁹ homini aliq̄d suggerit scꝫ interius: ōndit diabolū plus habere potestatis in homīe ꝙ suggestio exterior: quia ꝑ suggestionē interiorē īmutatur a diabolo: etiaꝫ hominis fantasia. Nec ipsa tētatio ꝑmis parentibus penalis fuit: qꝛ sine omni difficultate tentatione resistere poterant: nobis autē cū difficultate resistentib⁹ penalis iudicatur: sed hec pena est ꝓ gloria dei si ꝑseuerantes in bono fuerimus. Et si q̄ritur de motiuo diabolice tētationis. Dicendū ꝙ triplex est. Primū est vt primum hominē deducat in subiectiōis sue seruitutē nā qui facit peccatū seruus est peccati: ꝛ ꝯsequēs seru⁹ diaboli. Peccatū em̄ ē vnicū opus quod faciendū indicit diabolus: ꝛ sic mouetur ex ambitiōe vt sit rex sup oēs filios supbie. Tantū nāqꝫ laborat cū dispēdio ꝓprio: vt dominiū suū amplificet in hoc seculo ꝛ in inferno: credēs etiā ab eo seductos in pñti sue tirannidi subijci in futuro. Sed spes eius frustrabitur: qꝛ sola diuina iusticia punietur. Secūdū est vt nos trahat in malicie sue cōformitatē: sicut ꝑ virtutes in diuinā similitudinē transformamur: vt sic in nobis īpediat illā vnibilitatē cū deo q̄ fit per gratiā in pñti ꝛ ꝑ gloriā in futuro sicut in principio studuit īpedire illā vnibilitatē q̄ facta est a deo in assūpta natura: et sic mouetur ptim ex inuidia dei: cui⁹ ꝓpositū frustrare desiderat: ꝛ ptim ex inuidia q̄ mouetur ad hominē: euius exaltationē sustinere nō pōt. Tertiū motiuū est vt homīes trahat in penalitatis sue dānationē sciens qꝛ si fuerim⁹ socij delictoꝝ erim⁹ ꝛ tormentoꝝ. Sed qꝛ de appetitu demonum ad tētandū ꝛ de his q̄ ꝯcernūt pāteꝫ materiam diffuse tractatū est in sermonib⁹ de tribus partibus penitētie: ꝑcise in ꝭmone secūdo

et tertio: ideo de eis gratia hic breuitatis supersedeo. Ad laudem dei.

De viscoso progressu peccatorum: et de cogitationibus. Utrumue diabolus eas agnoscit: et de affectione vel concupiscentia: et vtrum volūtas mouetur a passionibus appetitus sensitiui: Sermo II

Non concupisces. Exo. xx. Uiso vtcunque de blandicijs subdolis ac tētationibus diabolicis: quibus allicere et illaqueare querit animas hominū incaute conuersantiū. Iam de processu earundem tētationū videamus. Quem etiā tangit Archi. de pe. dis. ij. in. c. sic tribus. Post subdolas namque blandicias more lenonū vel adulterorum adiūgere studet amplexus: imprimēs cogitationes et adducēs rōnes quod sic vel sic facere bonū est: et sic ex suggestione oritur cogitatio qua scilicet mens inuoluitur vt vix sese ab eadē valeat expedire. Prouer. vij. Irretiuit eū multis sermonibus: ecce amplexus. Deinde procedit ad deosculationem: quod nihil aliud est quam affectio in cogitationibus excitata. Cū enim anima pctō afficitur tūc a diabolo deosculatur. Sed hec sunt oscula fraudulenta de quibus dicitur Prouer. xxvij. Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta odientis oscula. Deinde vero procedit ad venereā cōmixtionem. i. ad pniciosas delectationes: quia tūc proprie corrumpitur aīa et inquinatur. Et loquor hic de delectatione morosa: que scilicet importat cōsensū in delectationem per quā scilicet anima multū degenerat a statu proprie nobilitatis: repudiata dei prostituta diaboli. Hinc dicitur Sap. iij. Felix sterilis et incoinquinata. Deinde sequitur conceptus miserabilis fetus: qui fit per consensum in actū peccati si se facultas et opportunitas obtulerint. Unde dicit Hen. de vrimaria: quod quidā concupiscūt aliena vel etiā illicita: sed scientes quod obtinere concupita nō possant concupiscentiā nō prosequuntur: si autē scirēt concupita se posse consequi: tunc fortissime conarentur ad prosequendā cōcupiscētiā in effectu: quibus scilicet nihil deest nisi facultas: et de talibus dicitur Prouer. xj. Manus in manu nō erit inocēs. Quia licet manū ab actu peccati cohibeat nō tā affectū: nec deūm prosequi quod malū est propter deum: nec propter iusticiā sed propter impotentiā vel etiam propter quodcunque incōmodum temporale vel eternum. Deinde peruenit ad execrabilem parturitionem scilicet per actualē conatum ad perficiendū peccatū: scdm illud psal. vij. Ecce parturit iniusticiam. glo. id est nititur efficere iniusticiam: vnde talis conatus quandoque non consequitur effectū: sicut dicitur Esa. xxxvij. Uenerunt filij scilicet iniquitatū vsque ad partum: et non erat vis pariendi: quod aliquādo contingit deo misericorditer id impediente: quandoque vero talis conatus prauus plenum sortitur effectū: et tūc cōpleta est malicia eius tā materialiter quam formaliter. Et sic peruenient filij iniquitatis ad partū: id est ad operis expletionē. Deinde sequitur partus lactatio cū peccata ducuntur in frequentiam et consuetudinem. Lactantur aūt vberibus lamearū: de quibus dicitur in Thren. Sed lamee nudauerūt māmas: lactauerunt catulos suos. Lamea scdm glo. Esa. xxxiiij. pedes habet equinos: cetera corporis mēbra sūt feminea. Et Grego. xxxiiij. mora. dicit quod Lamea humanā speciē habere dicitur. i. faciem muliebrē: sed corpus bestiale. Sup dicta aūt auctoritate Thren. iiij. scilicet et Lamee: dicit glosa quod Lamea crudelior est suis fetibus quam cetere bestie: hinc dicitur Lamea quasi lania: quia catulos suos laniare fertur: sic diabolus lactat filios quos in malicia degenerauit duobus vberibus. primo scilicet confidentia diu viuendi cū cōparatione sui ipsius ad alios qui similia vel maiora faciunt: secundo spe postea penitendi cum respectu diuine misericordie: que nullum repudiat peccatorem conuerti volentem. Deinde sequitur ablactatio: cum iam nō amplius quasi victus concupiscētijs sub spe postmodum penitendi peccata perpetrat: sed potius ex desperatione resipiscēdi seu magis ex eo quod a se voluntarie reijcit propositum penitentie et spem venie vt peccato liberius libere at: vt etiā nec quecunque flagella vel aduersa miserum illum ad viā agnitionis et penitētie reuocare valeāt: et sic per ablactationē intelligitur ipa desperatio. Deinde sequitur corporis peti roboratio sicut de Pharao. legitur. Induratū est cor Pharao. ne dimitteret populum etiā per quecunque flagella. Per quam roborationem intelligitur peccati defensio: cui comitatur de peccato dānabilis gloriatio: qua scilicet gloriantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis. Quibus Dauid in psal. lj. Quid gloriaris in malicia qui potēs es iniquitate.

Signum autem huius gloriationis est cuz
quis per iactantiam de eis loquitur: dedu
ci volens facinora sua ad omnium noticiã
⁊ hoc est vltimũ in genere malicie: qđ Ar/
chi. vocat deportationẽ ⁊ deductionẽ. Sic
fecerunt zodomite: vnde Esaie. iij. Pecca/
tum suũ sicut zodoma p̃dicauerũt. Sed
ad cepta redeamus ꝓut p̃nti speculationi
congruit. Primo igitur ex diabolica sug/
gestione oritur cogitatio. Cogitatio autez
ẽm Hug. de sancto Victore: est improuidꝰ
animi respectus ad euagationẽ pronꝰ. Hec
autẽ cogitatio per diabolum concitata ma
gis vel minus in malum coalescit ex diuer
sis causis concurrentibus. Veruntamẽ si/
cut de omni verbo ocioso rationẽ reddituri
sumus: sic etiam de omni cogitatiõe ocio
sa qualis tamen cogitatio minima iudica/
tur in genere cogitationũ: nihil vtilitatis
conferens: sed tñ animũ tristẽ relinquens
⁊ animã puluere venialiũ maculãs. Hinc
q̃tum ad primũ dicit Seneca li. de quattu
or virtutibus. Cogitatiões vagas ⁊ inuti/
les ac velut somno similes nõ recipias: q̃/
bus si animũ tuũ oblectaueris cũ om̃ia di/
sposueris tristis remanebis. Q̃tũ etiã ad
scđm dic̃ Cassio. sup illud psal. xxxix. Cor
meum dereliquit me. Quocunq; tp̃e nõ co
gitaueris deuz: puta tẽpus illud amisisse.
Hinc non incõgrue dicit Hiero. in ep̃la ad
Demetriadẽ: ꝙ tutissimũ ⁊ ꝑfectissimũ est
vt assuescat animꝰ sollicita semꝑ atq; ꝑuigi
li custodia discernere cogitationes suas: ⁊
ad primuz cũ motu vel ꝓbare vel reprobare
qđ cogitat: vt vel bonas cogitationes alat
vel statim malas extinguat: hic nãq; fons ẽ
boni ⁊ origo peccandi: ibi maxime oportet
obseruare peccatũ vbi nasci solet: statim/
q; ad primã tẽptationis faciẽ anteq̃ malũ
crescat restringere dũ adhuc est in cogitati
one. Et hoc est vnicũ studiũ iustoꝝ de qui/
bus dicit Grego. xiij. moraliũ: ꝙ electoꝝ
mentes si quas in se carnales cogitationes
senserint: ardore penitẽtie ꝯsumũt: nec cogi
tatiões suas dilatari carnali voluptate ꝑ/
mittunt: qꝛ eo semetipsos iudicantes subti
lius feriunt: quo districtũ iudicẽ p̃stolant̃
vicinum. Ecõtra vero vt ibidez dicit. xiij.
moraliũ. Cũ reproboꝝ mentibꝰ occasio ꝑ/
petrãdi peccata deest desiderioꝝ: cogitati/
ones eoꝝ cordibus nullatenꝰ desũt: ⁊ cuz
non semꝑ diabolũ sequantur in opere: val
de tamen se illi obligant in cogitatione.
Hic igit̃ queri potest vtrũ demões agno
scere valeant cordiuz cogitatiões: ꝑsertim
cum nullus sp̃us nisi diuinus anime ratio
nali possit illabi: ergo ꝑ ꝯsequẽs nec vide/
re per naturã ea que sunt in anima: q̃diu si
sunt in intimo ipsiuz anime. Ad hoc dicẽ/
dum ẽm Asten. lib. j. ti. xj. post Richar. ꝙ
cogitatio cordis dupliciť cognosci potest.
Uno modo in suo effectu: ⁊ sic non solum
ab angelo sed etiã ab homine cognosci po
test: ⁊ tanto subtilius quãto effectus hmõi
fuerit magis occultus. Cognoscitur enim
cogitatio cordiũ interdũ nõ solũ ꝑ actũ ex/
teriorẽ sed etiã ꝑ immutationẽ corporis vt
vultus ac alioꝝ mẽbrorũ. Verũtamen sen/
sibilis ⁊ corporalis imutatio que cõcomi/
tatur cogitationes hominis: quãdoq; est
ita indeterminata ꝙ diabolus per eã in co
gnitionez certã cogitationis venire nõ po/
test: quandoq; vero est ita fortis ⁊ determi
nata ꝙ per illã cognoscere põt cogitatiõez
q̃tũ ad speciẽ: vt ꝙ cogitat de inuidia vel
luxuria. Si eñ quasdã affectiões animi ꝑ
pulsũ medici cognoscere possunt: tũc mul/
tomagis hoc possunt angeli vel demones
quãto subtilius huiusmodi occultas imu/
tationes corporales perpendunt. Unde di
cit Augꝰ. in libro de diuinatiõe demonum
ꝙ aliq̃n hominũ dispositiões nõ solũ voce
ꝓlatas sed etiã cogitatione cõceptas: cum
signa quedã ex animo exprimũt: in corpo/
re tota facilitate perdiscunt. Q̃uis in lib.
retractationũ hoc dicat esse asserendũ quõ
hoc fiat: non tamẽ est credendũ ꝙ possint
eas certitudinaliter agnoscere q̃tũ ad om
nes circũstantias singulares. Alio mõ pos
sunt cognosci cogitationes filioꝝ hominũ
ꝓut sunt in intellectu: ⁊ affectiões ꝓut sũt
in volũtate: ⁊ sic solus deus cogitationes
cordiũ ⁊ affectiões voluntatuz cognoscere
potest. Dicit̃ eñ in libro de ecclesiasticꝭ do
gmatibus. c. xlviij. Internas anime cogi/
tatiões diabolũ nõ videre certi sumus. Et
iij. Reg. viij. dicit̃ ad dñm. Tu solus nosti
corda filioꝝ hominũ. Cuiꝰ ratio est: qꝛ vo
luntas creature rationalis soli deo subia/
cet: ⁊ ipse solus in eã operari potest: q̃ ẽ p̃n
cipale eius obiectũ vt vltimꝰ finis. Et ideo
ea que sunt in voluntate vel que dependẽt
ex sola voluntate soli deo nota sunt. Mani/
festũ est autẽ ꝙ ex sola voluntate dependz
ꝙ aliquis actu aliquid cognoscat vel cõsi/
deret: quia cũ quis habet habituz scientie
vel species intelligibiles in eo existentes:
vtitur eis cũ vult. De cogitatione vide in

sermone secūdo de tribus partibus peni/
tentie. Secūdo pncipaliter ex diabolica suggestione oritur affectio vel cōcupiscentia: que notat̄ p deosculationē. Pro quo notandū fm Thomā pma 2e.q.xxx. q cōcupiscentia est appetitus boni delectabilis ⁊ sicut philosophus pmo rhetorice ponit quasdam cōcupiscētias naturales ⁊ quasdam non naturales: sic etiam dupliciter est aliquid delectabile. Uno modo: quia est cōueniens nature animalis: sicut cibus potus ⁊ alia huiusmodi: ⁊ talis cōcupiscētia delectabilis dicit̄ naturalis: ⁊ est cōmunis tam hominibus q etiam alijs animalibus: quia vtriusq talis cōcupiscentia conueniens est ⁊ delectabile fm naturam: ⁊ in his etiam omnes homines cōueniūt. Unde ⁊ philosophus in.iij. Ethicorum vocat eas cōmunes ⁊ necessarias: in rhetorica vero vocat eas irrationales. Alio modo dicitur aliquid esse delectabile: quia conueniens est nature animali fm apprehensionem: sicut cum aliquis apprehendit aliquid vt bonū ⁊ cōueniens: ⁊ per cōsequens in ipso delectat̄: ⁊ huiusmodi cōcupiscentia delectabilis dicit̄ non naturalis: ⁊ solet magis dici cupiditas. Et tales cōcupiscentie proprie sunt hominū quorum propriū est excogita/ aliquid vt bonum ⁊ cōueniens: preter id qd natura requirit: ⁊ philosophus in pmo rhetorice dicit has secūdas cōcupiscentias esse cum ratione. Et quia diuersi diuersimode ratiocinant̄: ideo dicunt̄ he cōcupiscentie in.iij. Ethicorum esse proprie ⁊ apposite: scilz supnaturales. Unde illud idem qd appetitur appetitu naturali: potest etiam appeti appetitu animali: cum fuerit apprehensum cum ratione: sicut cibus potus ⁊ similia: que naturalit̄ appetunt̄. Possunt etiā appeti cōcupiscentia non naturali: cum scz in eis aliquid appetit̄ preter id quod natura requirit: scilz nimia superfluitas vel nimia delectatio: ⁊ hoc reputat̄ in vitiū. Unde cōcupiscētia naturalis tm ea cōcupiscit que natura requirit: natura vero paucis minimisq cōtenta est: ⁊ sic est finita. Sed cōcupiscētia nō naturalis appetens supflua tendit in infinitū: sequit̄ enī rationē cui competit in infinitū pcedere: ⁊ fr tertium cū finē ponit in his que appetit. Nam phūs in.j. Politice rationē ponit: quare quedā concupiscentia sit finita: ⁊ quedaz infinita dicens: q semp cōcupiscētia finis est finita: q: finis p se cōcupiscit̄ vt sanitas: vñ maior sanitas magis cōcupiscit̄: ⁊ sic in infinitū. Cōcupiscentia vero eius qd est ad finem nō infinita: sed fm mensurā appetit̄ qua cōuenit fini. Unde qui finē in diuitijs ponūt: habent cōcupiscentiā diuitiarum infinitam: qui aūt diuitias appetūt pp̄ter necessitatē vite: cōcupiscūt diuitias finitas sufficientes ad necessitatē vite: vt dicit ibidē phūs. Et eadē est ratio de cōcupiscētia aliarū rerum quarūcūq. Et hec cōcupiscētia aialis siue nō naturalis pprie loquēdo est in appetitu sensitiuo ⁊ in vi cōcupiscibili que ab ea denominat̄: sic enī vnicuiq potentie aie cōpetit appetere ppriū bonū appetitu naturali qui nō cōsequit̄ apphensionē: sed appetere bonū appetitu aiali qui sequit̄ apprehensionē solum ptinet ad vim appetitiuā. Appetere vero aliqd sub rōne boni delectabilis fm sensum qd pprie est cōcupiscere: ptinet ad vim cōcupiscibilē. Et differūt hec tria: amor: cōcupiscētia ⁊ delectio. Nā ipm delectabile fm sensum inquātū appetitum sibi adaptat quodāmō ⁊ cōformat: causat amorē. Inquātū vero absens attrahit ad seipm: causat cōcupiscentiā. Inquātū deniq psens quietat in seipo: causat delectatōez. Unde cōcupiscētia causat̄ ab amore ⁊ tendit in delectationē. Qr autē hec cōcupiscentia nō naturalis ortū habeat ab amore sic ostēdi potest. Nā amor sui est pncipiū ōis peccati: ⁊ ideo dicit Aug. xiiij. de ciui. dei: q amor sui vsq ad cōtemptū dei facit ciuitatē babylonis. Ad cuius euidentiā sciendū: q ppria ⁊ p se causa peccati accipienda est ex pte cōuersionis ad cōmutabile bonū: ex q quidē pte ōis actus peccati pcedit ex ali inordinato appetitu alicuius tēporalis boni. Qr aūt aliquis appetat inordinate bonum aliqd tēporale: pcedit ex hoc q inordinate seipm amat. Hoc autē est aliquē amare: bonū ei velle. Et sicut amor sui naturalis debitus ⁊ ordinatus velit sibi bonū fm q sibi cōgruit: sic amor sui nō naturalis indebitus ⁊ inordinatus ad dei cōtemptū pducēs: vult sibi bonū nō fm q sibi cōgruit: s fm q affectus corruptus exigit. Et si querit̄: vtrū talis deordinatus motus cōcupiscentie q causat̄ ab inordinato amore sui sit in sensualitate sicut in subiecto. Ad hoc dicendū fm Alexā.h.ij.ti.xv. q sensualitas dupliciter cōsiderari pōt. Uno mō fm se: ⁊ sic nō est subiectū peccati: qr sic est cōis nobis ⁊ brutis. Alio mō in ordinatōe ad rationē.s. inquātū est a rōne suadibilis: ⁊ sic in ea pōt

esse peccatū. Nā ī peccatū inueniri potest in
qlibet potentia cui⁹ act⁹ pōt eē voluntari⁹
τ inordinat⁹ ī q ratio peccati ɔsistit: s̄ act⁹
sensualitatis pōt eē volūtari⁹ inqntū sēsu/
alitas: id ē appetitus sensitiu⁹ natus est a
volūtate moueri et sic ī nobis habet qnd ī
excellentiā p̄ alijs animalib⁹: scʒ φ natus
est obedire rationi: et qntū ad hoc pōt esse
principiū act⁹ volūtarij τ p ɔsequens subie
ctū peccati. Nec obstat φ ī sensualitate p/
seuerat ppetua corruptio qntū ad fomitem
qui nūq̄ tollit̄ totalit̄ ī hac vita: trāsit em̄
peccatū origiale reatu p baptismū τ rema/
net actu. Sed talis corruptio fomitis non
īpedit quin homo rationali volūtate repri
mere possit singulos ī ordiatos motus sen
sualitatis si ɔ̄sentiat: puta diuertēdo cogi/
tationē ad alia: licʒ omēs huiusmodi mot⁹
homo vitare nō pōt propter corruptionem
predictā: sʒ hoc solū sufficit ad rationē peti
volūtarij φ pōt vitare singulos. ¶ Sciēdū
igit̄ φ īordinatio sensualitatis quādoq̄ ē
sine omī culpa scʒ quādo volūtas nō ē cau
sa illi⁹ deordinationis nec cōmittendo nec
omittēdo: nec ātecedēter nec ɔcomittāter.
Quādoq̄ aūt ē culpa venialis materialit̄
in sensualitate: formalit̄ aūt nūq̄ sʒ ī volū
tate. Et hoc ē quādo īsurgit īordinatio in
sēsualitate p negligētiā volūtatis: tūc em̄
īputat̄ volūtati p culpa veniali propt̄ dif
ficultatē refrenādi τ regēdi sensualitatē.
Et sic dicit magister sniaȝ libro scd̄o distin
ctōne. xxiiij. φ si īmota sensualitatis tantū
illecebra peccati teneatur: est veniale ac le
uissimuʒ peccatū. Et qualiter a deo punit̄
vide ī s̄mone scd̄o de trib⁹ ptib⁹ pēitētie.
Quādoq̄ vero īordinatio sensualitatis ī/
putat̄ volūtati p culpa mortali: quādo scʒ
ē cōtra actū prohibitū īsurgēs ex volūtat̄
imperio deliberato. Non igit̄ omīs concu
piscentia simplicit̄ phibet̄ his preceptis:
quia s̄m Alex. an. in tertio: cōcupiscentia
sumi pōt triplicit̄. Uno mō dici pōt appeti/
tus vegetabilis: τ talis ɔcupiscētia p vt ē
in ordinata est a fomite mouēte: id ē a cor/
ruptiōe originalis culpe: τ talis ɔcupiscē/
tia ē in suggestiōe. Alio modo dici pōt ap/
petitus sensibilis: τ hoc p vt ē inordinata
est a sensualitate mouēte cū fomite: τ illa ē
in delectatione. Tertio mō concupiscentia
dici pōt appetitus rationalis: τ sic est a li/
beri arbitrij volūtate q ɔsistit in consensu.
Sic ergo dicēdū φ p se ɔcupiscentia p vt ē
in ɔsensu rationalis volūtatis phibet̄ in
istis preceptis. Concupiscentia vero que ē
in delectatione sensualitatis vel ex sugge
stione phibet̄ simplicit̄ sed tn̄ s̄m quid: qz
nō erat phibendā ne ille cōcupiscētie sint ī
nobis: qz h̄ est nobis īpossibile: sʒ phiben/
tur ne sequamur eas: s̄m illud Eccl. xviij.
Post ɔcupiscētias tuas n̄ eas. Ire aūt idē
ē φ ɔsentire. Cōcupiscētias aūt suggestio/
nis τ delectatiōis nō phibet ppie: sʒ ex p
hibitiōe ɔsensus ostēdunt̄ eē male τ vitā/
de. Sic ḡ nō phibet̄ mot⁹ concupiscētie q
ɔsistit infra limites sēsualitatis: sʒ directe
prohibet̄ cōsensus volūtatis in op⁹ vl̄ dele
ctationē: hec ille. ¶ Hic queri pōt vtrū vo/
luntas moueri potest a passionib⁹ appeti/
tus sensitiui: p̄sertim cū motor supior non
mouet̄ ab inferiori: sic aīa nō mouet̄ a cor
pore: s̄ ecōuerso. Uolūtas aūt q est appeti
tus rōnis cōparatur ad appetitū sensitiuū
sicut motor supior ad inferiorē. Dicit enim
phus in. iij. de aīa φ appetit⁹ rōnis mouet
appetitū sensitiuū sic in corporib⁹ celestib⁹
spera mouet sperā. Nulla etiā potētia pas/
siua mouet̄ nisi a suo obiecto: volūtas aūt
est potētia actiua τ passiua simul inq̄tū est
mouēs mota: sic ī. iij. de aīa phs dic̄ vl̄iter
de vi appetitiua. Sed passio appetitus sen
sitiui non est obiectū volūtatis sed magis
bonū rationis ergo τc̄. Ad hoc dicendum
scd̄m Thomā in prima. 2ᵉ. q. lxxvij. φ pas/
sio appetit⁹ sensitiui non potest directe tra
here voluntatē vel mouere sed hoc potest
indirecte dupliciter. Uno modo scd̄m quā
dam abstractionem: cum enim omnes ani/
me potentie radicentur in vna essentia ani
me: necesse est φ quando vna potentia in/
tenditur in suo actu: altera in suo actu re/
mittatur vel etiam totaliter īpediatur: tuʒ
quia omīs virtus ad plura dispersa fit mi/
nor: vnde econtrario quādo intenditur cir
ca vnum minus potest ad alia dispergi: tū
quia in operibus anime animalibus reqri
tur quedam intentio que dum vehement̄
applicatur ad vnum non potest alteri ve/
hementer attendere: τ scd̄m hunc motum
per quandam distractionem quando mo/
tas appetitus sensitiui fortificat̄ scd̄ʒ quā/
cunq̄ passionem: necesse est φ remittatur
vel totaliter impediatur motus propri⁹ ap
petitus rationalis qui est voluntas. Alio
modo ex parte obiecti voluntatis quod ē
bonum ratione apprehensum. Impeditur
enim iudicium τ apprehensio rationis pro
pter vehementem τ inordinatam apprehē/

sionem imaginationis et iudicium virtutis estimatiue. Manifestum est autē q passionem appetitus sensitiui sequitur imaginationis apprehēsio: et iudicium estimatiue: sicut etiam dispositionem lingue sequitur iudicium gustus. Unde videmus q homines in aliqua passione existentes: non faciliter auertunt imaginationem ab his circa que afficiuntur: et per consequēs iudicium rationis plurimum sequitur passionem appetitus sensitiui. Nam talis passio causat quandam immutationem corporalē ex qua ratio quodammodo ligatur ne libere in actum exeat: sicut etiā somnus vl' ebrietas quadam corporali transmutatione facta ligant vsum rationis. Et q hoc contingat in passionibus ex hoc patet q aliquando cum passiones multum intendūtur: homo totaliter vsum rationis amittit. Multi nanq propter abūdantiam amoris ire tristicie et huiusmodi sunt in insaniam versi. Cum igitur iudiciū rationis sequitur passionem appetitus sensitiui: consequens est vt etiam motus voluntatis qui natus ē sequi rationis iudiciū sequatur etiam passionem appetit⁹ sensitiui. Et hoc est quod dicit apostolus ad Romanos. vij. Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee: et captiuantē me in legem peccati. Et hoc legitur de iudicibus inueteratis dierū malorum: dicente Daniele propheta eiusdem. xiij. Cōcupiscentia subuertit cor tuum. Ad laudē.

De delectationibus corporalibus et spiritualibus bonis et malis et vtrum in sensualitate potest eē peccatum mortale aut in consensu rationis inferioris: et de consensu in delectationē: Sermo III

Non concupisces. Exo. xx. Expediti de cogitatione et affectione que oriuntur ex diabolica suggestione. Jam vidēdū est de tertio qd oritur ex eadē suggestione quod est delectatio. Est autē delectatio fm phūm in vij. et x. Ethic. operatio cōnaturalis nō impedita. Et nō ē solū in appetitu sēsitiuo: de q dic phus in. j. Rhetor. q delectatio ē mot⁹ quidā sensibilis: et tūc cōis ē nobis et brut': sz etiā in appetitu itellectiuo q dicit volūtas qd innuit ps. xxxvj. cū dic. Delectare in dn̄o. Nā ad deū nō pōt extēdi appetitus sensitiuus sed solum intellectiuus. Et hoc innuit philosophus in. x. Ethicoꝝ dicens: q scdm omnem sensum est delectatio similiter autem et scdm intellectum et speculationem. Et sicut primam delectationē cōmunē habem⁹ cū brutis: sic secundā cōmunē habem⁹ cū spiritib⁹ intellectualib⁹. Uerūtamē hoc interest inter delectationē vtriusq appetit⁹: qr delectatio appetit⁹ sensibilis est cū aliqua transmutatiōe corporali: sed delectatio appetitus intellectiui nihil aliud est q̄ simplex motus volūtatis: et sic non est solū in homie sed etiā in deo et angelis. Dicit em̄ phūs in vij. Ethico. q deus vna simplici operatiōe gaudet. Dicit etiam Dyo. in fi. celestis hierar. q angeli nō sunt susceptibiles nostre passibilis delectatiōis sed cōgaudēt deo scdm incorruptionis letitiā. Et iterū dicit ibidē q homines sancti multotiens fiunt in participatiōe delectationū angelicarū. Ex quibus concludit q duo sunt genera delectationū. Quedā em̄ sunt delectationes corporales que sunt fm partē sensitiuā: et has delectationes plurimi nitunt adipisci: quia bōa sensibilia sūt magis et plurib⁹ nota. Et etiā quia homines delectatiōib⁹ indigēt vt medicinis cōtra multiplices dolores et tristicias: et quia plures hoīm ad delectatiōes spūales pertingere nō pn̄t: ideo declināt ad corpales. Quedā vero sūt spūales .i. fm mētē: de qb⁹ dic phs in. x. Ethic. q maxia delectatio ē q ē fm operationē sapiētie. Qd innuit ps. cxviij. dicēs: Q dulcia faucib⁹ meis eloq̄a tua sup mel ori meo. Hic q̄rit pōt vtrum in vtroq genere delectationū q̄dā delectatiōes sūt nāles et q̄dā innaturales: sicut. s. dictū ē fmōe p̄cedēti: q q̄dā sūt ɔcupiscētie nāles et q̄dā nō naturales. Et videtur qr qd ē ɔ naturā ē violentū: sic q lapis ascēdat sursū et ignis deorsū: sz oīe violentū ē ɔtristās: vt dr in. v. Methaph. cū enim delectatio in affectib⁹ aīe p̄portionet q̄eti in corpib⁹: et appetit⁹ corpis naturalis non q̄escat nisi i loco ɔnaturali: seq̄t ex h q appetit⁹ aīalis q ē delectatio nō pōt eē nisi in aliq ɔnaturali. Ad hoc dicendū fm Tho. prima. 2e. q. xxxj. q naturale dicit illd qd est fz naturā vt habet in. ij. Physico. Natura aūt in homie dupliciter sumi pōt. Uno modo p eo qd ɔdiuidit rōni vt ē illd qd ē cōe homī cum alijs animalib⁹: et p̄cipue qd ratiōi nō obedit: et fm h ea q pertinent ad

conſeruationē corporis vel ſm indiuiduū vt
cibus et pot⁹ ⁊ ſilia: vel ſm ſpeciē ſic vſus
venereoꝝ: dicunt̄ homī delectabilia natu/
ralit̄. Alio mō pōt in hoīe ſumi natura ꝓut
intellect⁹: ⁊ rō eſt potiſſime natura homīs:
qꝛ ſm eam hō in ſpē cōſtituit̄: ⁊ ſm hoc na
turales delectatiōes hoīm dici poſſūt que
ſunt in eo qđ cōuenit ei ſm rōnem: ſic delec
tari in ꝯtēplatiōe veritatis ⁊ in actib⁹ vir/
tutū eſt homī naturale. Scđm vtraſq; igit̄
delectatiōes querit aliq̄s eſſe innaturales
ſimpliciter loquēdo ꝫ cōnaturales ſm qđ.
Conuenit enī in aliquo indiuiduo corrūpi
aliqđ principioꝝ naturaliū ſpeciei: ⁊ ſic id
qđ eſt ꝯ naturā ſpeciei: fieri pōt ꝑ accidēs
naturale huic indiuiduo: ſic natura vini ē
ꝙ calefacit: qđ tñ ꝑ accidēs naturalit̄ infri
gidat: vtpote ſi factū fuerit acetoſum. Sic
ḡ cōtingit ꝙ id qđ eſt ꝯ naturā homīs vel
q̄tū ad corpis ꝯſeruationē vel etiā q̄tū ad
rōnē fiat huic homī cōnaturale ꝓpter ali/
quā nature corruptionē in eo exiſtē: q̄ qui/
dē corruptio pōt eſſe vel ex ꝑte corpis vl' ex
egritudine: ſic febricitātib⁹ dulcia vident̄
amara ⁊ ecōuerſo: ſiue ꝓpter malā cōplexi/
onē: ſic aliqui delectant̄ in comeſtione t're
vel carbonū vel aliquoꝝ hmōi. Uel etiā ex
ꝑte aīe: ſicut ꝓpter cōſuetudinē aliqui delec
tant̄ in comedēdo homīes vl' in coitu be/
ſtiarū aut maſculoꝝ aut alioꝝ hmōi: q̄ non
ſunt ſm naturā hūanā. Sūt igit̄ in ꝑte ſen
ſitiua quedā delectatiōes naturales ⁊ q̄dā
non naturales q̄. ſ. ſunt cū ratiōe. Uel ſicut
Damaſ. ⁊ Grego. nicen⁹ dicunt quedā ſunt
corpales ⁊ quedā aīales qđ in idem redit.
Delectamur enī ⁊ in his q̄ naturalit̄ cōcu/
piſcim⁹ ea adipiſcētes: ⁊ in his q̄ ſm rōnē
cōcupiſcim⁹: ⁊ tūc ſortit̄ nomē gaudij. Ꝟn
gaudiū nō attribuim⁹ brutis aīalib⁹: ꝫ ſo/
lū habet locū in delectatiōe q̄ cōſequit̄ ra/
tionē. Solū aūt nomē delectationis attri/
buim⁹ etiā brutis: ⁊ ſic de omīb⁹ de quib⁹
eſt delectatio pōt etiā eſſe gaudiū in hñti/
bus rōnē: q̄uis nō ſp de oīb⁹ ſit gaudiū:
qꝛ q̄nq; quis aliquā delectationē ſentit ſm
corp⁹: de q̄ tñ nō gaudet rōne: ⁊ ſic vt dicit
Auicēna in ſuo li. de aīa. Gaudiū ē quedā
ſpēs delectiōes: ſic leticia: exultatio: iocū/
ditas ſunt effectus delectatiōis. Eſt enī le/
ticia ꝑpoſita a delectatiōe cordis q̄ſi laticia.
Exultatio ṽo dicit̄ a ſignis exteriorib⁹ de/
lectatiōis interioris: inquātū interi⁹ gau/
diū ad exteriora proſilit. Iocūditas aūt ē
a quibuſdā ſpecialib⁹ leticie ſignis vl' effe/
ctibus: nec eiſdē nomībus vtimur niſi ī na
turis rōnalib⁹. Sed ad cepta redeamus. B
Generalit̄ ḡ notandū ꝙ oīa que cōcupiſci/
mus ſm naturā: poſſum⁹ etiā cū delectati/
one rōnis cōcupiſcere: ꝫ nō ecōuerſo. Et qꝛ
ſicut dictū eſt delectatio in affectib⁹ aīe ꝓ/
portionat̄ quieti in corpib⁹ naturalib⁹: id
ſicut due quietes ſunt ꝯrie: vtpote q̄ ſunt ī
cōtrarijs termīs. ſ. quies q̄ eſt ſurſum ei q̄
eſt deorſum: vt dicit̄ in. v. phicoꝝ: ſic ⁊ in
affectib⁹ aīe cōtingit eē duas delectatiōes
contrarias vna q̄rit q̄ ſurſum ſunt ⁊ alia q̄
deorſum. Unde oīs delectatio in ħ eſt vni/
formis: ꝙ eſt quies: quedā in aliquo bono
⁊ ſm hoc pōt dici regula quedā vel mēſura
moralis boni vl' mali. Pro quo nota: ꝙ vt
dicit phus in. x. Ethic. quidā phi poſuerūt
oēs delectatiōes eſſe malas. Cui⁹ rō fuiſſe
videt̄: qꝛ ſuā intentōez referebāt ad ſolas
delectatiōes ſenſibiles ⁊ corpales q̄ ſūt ma
gis manifeſte: nā ⁊ in ceteris intelligibilia
a ſenſibilib⁹ antiqui phi non diſtinguebāt
nec intellectū a ſenſu: vt dicit̄ in. iij. de aīa.
Delectatiōes aūt corpales arbitrabant̄ di
cendas oēs eē malas: vt ſic homīes q̄ ꝓni
ſunt ad delectatiōes īmoderatas: ſe retra/
hentes a delectatiōibus: ꝑueniant ad me/
diū virtutis. Sed hec eſtimatio nō fuit cō/
ueniens: eo ꝙ nullus ſine aliqua ſenſibili
⁊ corpali delectatiōe viuere poſſit. Ecōtra
ṽo ſicut poſuerūt aliqui Stoycoꝝ: omnes
delectatiōes eſſe bonas: ſic Epicuri poſue/
rūt delectationē ſm ſe eſſe bonā: ⁊ ꝑ conſe/
quēs oēs delectiōes eſſe bonas. Qui ex ħ
decepti vident̄: ꝙ non diſtinguebāt int̄ id
qđ eſt bonū ſimplicit̄: ⁊ id qđ eſt bonū quo
ad hunc. Simplicit̄ enī bonū eſt qđ ſm ſe
bonū eſt. Cōtingit aūt qđ nō ſm ſe bonum
eſt huic eſſe bonū dupliciter. Uno mō: qꝛ ē
ei cōueniens ſm diſpoſitionē in q̄ nūc eſt:
que tñ nō eſt naturalis: ſicut leproſo bonū
eſt aliq̄ venenoſa q̄nq; comedere q̄ nō ſunt
ſimpliciter cōuenientia cōplexioni hūane.
Alio mō: qꝛ id qđ eſt nō cōueniēs: eſtimat̄
vt cōueniēs: ⁊ qꝛ delectatio ē quies appeti/
tus in bono ſi ſit ſimplicit̄ bonū in q̄ qui/
eſcit appetitus: erit ſimplicit̄ delectio ⁊ ſim
plicit̄ bona. Si aūt nō ſit bonū ſimpliciter
ſed quo ad hūc: tūc nec delectatio eſt ſim/
pliciter: ſed huic nō eſt bona ſimplicit̄ ſed
bona ſm quid vel apparēs bona. His igit̄
erroribus omiſſis dicendū eſt: ꝙ ex quo vt
dictum eſt: delectatio eſt quies appetitiue
virtutis ī aliq̄ bono amato: illa delectatio

est bona in qua requiescit appetitus superior vel inferior ẜm ꝙ cõuenit ratiõi: τ ecõtra mala est cũ huiusmodi quies discordat a ratione τ diuina lege. Nã bonitas τ malicia moralis principalit̃ ĩ appetitu supiori id est volũtate cõsistit q̃ vtrũ bona vel mala sit ex fine cognoscit̃. Hoc autẽ tenet̃ pro fine in quo volũtas quiescit: quies aũt volũtatis τ cuiuslibet appetit⁹ in bono est delectatio: τ ideo ẜm delectationẽ volũtatis humane ꝑcipue iudicat̃ homo bonus vel malus. Est enĩ bonus τ virtuosus q̃ gaudet in opibus virtutũ: malus aũt qui gaudet in opibus malis. Uerũtamẽ delectationes appetitus sensitiui nõ sunt regula moralis bonitatis vel malicie: qꝛ cibi τ potus et similia cõmuniter delectabiles sunt bonis τ malis ẜm appetitũ sensitiuũ: sed volũtas bonorũ in eis delectat̃ ẜm cõuenientiã rationis quã nõ curat volũtas maloꝝ.

